www.e-rara.ch

Bernardi Siegfried Albini Explicatio tabularum anatomicarum Bartholomaei Eustachii, anatomici summi. Accedit Tabularum editio nova

Albinus, Bernhard Siegfried

Leidae Batavorum, 1744

BPU Neuchâtel

Shelf Mark: ZU 358

Persistent Link: https://doi.org/10.3931/e-rara-7219

Bernardi Siegfried Albini explicatio tabularum anatomicarum Bartholomaei Eustachii.

www.e-rara.ch
Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.


Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]


Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

Visual Library



TAB. IX.



TAB. IX.



BERNARDI SIEGFRIED ALBINI

EXPLICATIO

TABULARUM ANATOMICARUM

BARTHOLOMAEI EUSTACHII.

TABULA IX.

CORpus viri, cui tres ventres, capitis, thorax, abdomen, inciſis partibus eorum continentibus, aperti: in iisque viſcera, ut ab hac parte poſita ſunt.

a a a Calvaria, una cum integumentis externis, internoque, id eſt, dura matre, per ambitum capitis, ſecundum inferiora cerebri inciſa.

b c Cerebrum. b hemiſphaerium dextrum; c ſiniſtrum.

d. d &c. Venae, quae ex inferiore parte cerebri ramis ſuis venientes, adſcendunt per exteriora cerebri; & aliis aliisque in hoc decurſu acceptis ramis auctae, e. e &c. quibuſdam etiam conjunctae, ad ſinum longitudinalem durae matris procedunt truncis ſuis.

fffffffg h h i i k k k k k k l l Thoracis & abdominis partes quas dicunt continentes, à ſuperiore thoracis parte per laterum abitum continuo & aequabili in pubem ductu inciſae.

f f &c. Integumenta corporis communia truncata.

g Integumenta communia una cum ſterno truncata.

h. h Pectorales truncati.

i. i Serrati antici truncati.

k k &c. Truncatae coſtae cum muſculis Intercoſtalibus & pleura ac peritonaeo.

l. l Abdominis muſculi cum peritonaeo truncati.

m Thymus.

n o p q r Pulmones. n. o. p dexter in tres fibras diviſus; q. r ſiniſter in duas.

s. t Indicatae pleurae, qua mediaſtinum dicuntur, à ſterno reſectae.

u w Pericardium, rudius indicatum.

x x x x Diaphragma, ab altero latere corporis uſque ad alterum truncatum.

y y Hepar.

z Ligamentum latum hepatis; A A hac parte naſcens ex hepate; B B hac reſectum à peritonaeo; C hac adhaerens ligamento rotundo.

D Fiſſura hepatis, quae admittit ligamentum rotundum.

E Ligamentum rotundum hepatis, in quod vena umbilicalis abiit.

F Umbilicus.

G. H Ligamenta, in quae mutatae arteriae umbilicales embryonis.

I Ligamentum, in quod urachus embryonis mutatus.

K K Ventriculus.


L. L &c. Venarum & arteriarum gaſtro-epiploïcarum rami in ventriculi priorem partem ducti. Arteriae venarum comites.


MMMMMNN Omentum, à fundo ventriculi ſe demittens ante inteſtina. MMMMM hac parte ante inteſtinum colon dependet, quod ſub eo eminet : NN hac ante inteſtina tenuia ; quae ſub eo pariter eminent.

O.O.O.O.O.O Venarum & arteriarum gaſtro-epiploïcarum rami per omentum ; qui PPP ſe inter ſe conjungunt. Arteriae venarum comites.

QQ &c. Inteſtinum ilium.

R Veſica.






TAB. X.

I

II


III



IV

V

TAB. X.



TABULA X.

FIGURA PRIMA.

STomachus cum ventriculo, à parte priore.
A B Stomachus, A ſtatim infra pharyngem, ut videtur, reſectus.
C Locus, ubi ſtomachus ſe dilatat & in ventriculum abit; ex quo oſtium intus oritur, quod cardia dicitur.
D D Ventriculus.
E Portio membranae exterioris ventriculi, ſeparata à ventriculo, & reflexa.
F Ventriculi membrana ſecunda, quae carnoſa.
G Membrana, ut opinor, illa, quae continuata membranae externae ventriculi, principiique duodeni; ab iis ad hepar pertinet. H Membranae illius margo liber, qui à pyloro ante duodenum incedit ad hepar.
I Membrana, ut opinor, illa, quae continuata membranae externae ventriculi, ab eo ad pancreas pertinet.
K Peritonaei propago, qualem invenio, quae ſtomachum, ubi is per diaphragma penetravit, finitimamque ſiniſtram ventriculi partem, adnectit à ſuperiore parte diaphragmati, & ſaepe etiam hepati: à latere autem ſiniſtro, lienis vicinae ſuperiori parti.

FIGURA SECUNDA.

A A A Hepatis, à priore parte ſublati, pars concava.
B Ligamentum rotundum, in quod mutata vena umbilicalis.
C. C An rami illi, qui ab illa ſinus venae portarum, hoc eſt, rami hepatici ſiniſtri, parte, ad quam ligamentum rotundum pertinet, procedunt ad hepar?
D Iſthmus hepatis, ſub quo ſinus eſt, per quem in embryone vena umbilicalis incedit; poſtea ligamentum rotundum.
E Ciſta fellis.
F Ductus cyſticus.
G Ductus hepaticus.
H Ductus choledochus.
I I Venae portarum truncus.
K Arteria hepatica; quae ſe ſub ingreſſu in hepar, in duos ramos dividit. Vide v Fig. 2. Tab. XXVII. & l Eig. 1.
Reliqua viſcera à parte priore exhibita ſunt, poſitu naturali.
L L Ventriculus.
M M M Venae & arteriae gaſtro-epiploïcae dextrae & ſiniſtrae, continuatae inter ſe, ut e p Fig. 2. Tab. XXVII. Ramos diſtribuunt N. N. N. N. N. N per ventriculi partem priorem, & O. O. O. O. O. O poſteriorem.
P. P. P. P. P Rami venae & arteriae coronariae ventriculi.
Q Rami venae coronariae continuatio cum ramo gaſtro-epiploïcae ſiniſtrae.
R Lien.
S S Meſocolon.
T. T. T. T. T. T Venae & arteriae meſocolicae.
V. V. V. V. &c. Glandulae meſocolicae.

W X Y Inteſtinum colon: cujus X flexus ſigmoïdeus primus, dexter. Y Hic colon lienem ſubit.

Z Unum ex ligamentis, quae per coli longitudinem decurrunt.

a a a a Jejunum & ilium.

b c d Inteſtinum colon. c ejus flexus ſigmoïdeus tertius, circa pelvem. d flexus ſigmoïdeus quartus, unde inteſtinum rectum fieri incipit.

e Inteſtinum rectum.

f Unum ex ligamentis coli, quae per longitudinem ejus porrecta ſunt, quaeque ex fibris rectis conſtant. g Hac parte lateſcit, magisque carneum fit; eique ſe adjungunt h. i duo reliqua ligamenta coli, ſimiliter lateſcentia, ac magis carnea: unaque efficiunt k vaginam muſculoſam ex fibris rectis conſtantem, quae inteſtinum rectum continet.

l. m Levatores ani.

n Sphincter ani.

o Locus, cui proſtata adjacet.

p Anus.

FIGURA TERTIA.

Stomachus cum ventriculo, duodeno, & pancreate, à parte poſteriore. Stomachus & ventriculus iidem, qui Fig. 1.

A Stomachus.

B Locus oris ventriculi, quod cardia dicitur.

C C Ventriculus.

D Ventriculi & duodeni confinium, ubi duodenum à ventriculo incipit: qui locus extrinſecus per ambitum ſtrictior; intusque ibi os ventriculi, quod pylorum appellant.

E Inteſtinum duodenum, F hic truncatum.

G H I Pancreas: G H hac parte deductum pone ventriculum; H I hac ad duodenum applicatum.

K L M Ductus choledochus. K ejus principium truncatum. L hac parte procedit per pancreas. M hac in duodenum penetrat.

FIGURA QUARTA.

Inteſtina craſſa, ſitu naturali, à parte priore.

A Extremum inteſtinum ilium, non longe à colo truncatum.

B Inteſtinum vermiforme, caecum multis.

C Craſſorum caput, hoc eſt, principium, idque amplius; quod aliqui caecum appellant.

D E F G H I K Colon. E ejus flexus ſigmoïdeus primus, qui eſt ſub hepate; F ſecundus, qui juxta lienem; I tertius, qui circa pelvem; K quartus, unde rectum incipit dici.

L Rectum.

M M M M M Ligamenta, quae per longitudinem coli porrecta, ex fibris rectis conſtantia.

N Inde ligamentum hoc ſe ſenſim dilatat, magisque carneum fit: eique adjungunt ſe O. P duo reliqua coli ligamenta; quae ſimiliter & lateſcunt, & magis carnea fiunt. Unaque haec tria efficiunt Q vaginam muſculoſam, quae ex fibris rectis conſtat, rectumque inteſtinum continet.

R. S Le-


R. S Levatores ani.
T Sphincter ani.
V Extremum inteſtini recti.
W Ani interiora.


FIGURA QUINTA.


Eadem craſſa inteſtina, ſimiliter à parte priore. Varietatem exhibet tum in ſitu capitis craſſorum ; tum in flexibus ſigmoïdeis , ductuque coli: quae omnia cognoſci facile poſſunt, ſi haec icon cum proxime praecedente conferatur. Praeterea autem plenius
A Inteſtinulum vermiforme, & B quomodo continuetur capiti craſſorum.
C Vagina muſculoſa recti, è ligamentis coli nata.









I
B
A
M
K
I
L
H
G
C
F
D
E


II
A
C
B
F
K
I
D
G
H



III
C
A
B
D
E
F



IV
C
D
F
G
E
I
H
M
A
K
L
N
O
T
B
P
Q
S
V
W
R
X
Y



V
VI


VII



VIII



IX
B
A
B



X



XI
A
C
B
E
D
F
G
H
K


TAB. XI.


I



II


III



IV



V



VI


VII



VIII


IX


X


XI

TAB. XI.



TABULA XI.

FIGURA PRIMA.

MEſenterium cum venis, arteriis, & glandulis meſeraicis, inteſtinisque. Explicatum eſt, atque inteſtina à medio quaquaverſum in ambitum reclinata.

AAA Inteſtinum colon in ſuperiora reclinatum.

B Unum è ligamentis ejus. Vide M &c. Fig. 4. Tab. x.

CCC Jejunum & ilium, in ambitum reclinata.

D Coli flexus ſigmoïdeus tertius, ſitu naturali.

E Ligamentum coli. Vide M &c. Fig. 4. Tab. x.

F Rectum, ſitu naturali.

G Meſenterium explicatum, ſed tamen rugoſum. H. H. H. H. &c. Rugae, ſeu plicae ejus, non in totum explicati.

II Arteria meſenterica ſuperior.

K Vena meſenterica. Apparet, quomodo vena meſenterica & arteria meſenterica ſuperior ſe mutuo concomitentur, unaque quaquaverſum in meſenterii ambitum ramis ſuis ducantur.

L. L &c. Quidam rami, qui continuati non eſſe videntur, ob plicas meſenterii.

M. M. M. M. &c. Glandulae meſenterii.

FIGURA SECUNDA.

Pancreas cum meſenterio.

A Pancreas.

BBB Meſenterium totum, id eſt, tum qua parte ei jejunum & ilium adhaeret, tum qua craſſa. Dependet à pancreate, ſitu in univerſum naturali, à priore parte.

CC Pars pancreati adhaerens.

DEFGH Margo, cui adhaerent inteſtina: à D ad E jejunum & ilium: ab E per F G ad H craſſorum caput, colon, rectum.

I. I. I. &c. Glandulae meſenterii.

K. K. K. &c. Plicae meſenterii non in totum explicati.

FIGURA TERTIA.

Hepar à priori parte, ſitu naturali.

AA Gibba pars hepatis.

B Ligamentum hepatis latum, CD per hunc ductum adhaerens hepati: E per hunc ligamento rotundo.

F Ligamentum hepatis rotundum.

FIGURA QUARTA.

Hepar à parte concava.

AB Hepatis pars concava. A dextra, B ſiniſtra.

C Ligamentum, quod hepatis partem ſiniſtram adnectit ſiniſtrae diaphragmatis.

DDDD Hinc reſectum peritonaeum, qua hepar ad diaphragma proxime alligat.

Alligatur dexter Renis, tum Septo transverſo, tum Jecori; illi prope eam regionem, in qua Jecori connaſcitur. De Ren. Cap. XIII.

E Ligamentum, peritonaei propago; quo ligamento dextra hepatis pars alligata diaphragmati.

Nec procul ab eo vinculo, quo Hepar in dextra parte Septo annectitur. De Ren. Cap. XIII.

FH Vena cava inferior: reſecta F ſupra hepar, & H infra.

G Portio hepatis, quae venam cavam complectitur, qua illa juxta hepar porrecta.

II Sinus, per quem in embryone porrectus canalis venoſus; qui poſtea ligamentum fit.

K Sinus, quem ingrediuntur rami venae portarum, arteriae hepaticae, ductus hepatici; qui ad ſiniſtram maxime hepatis partem pertinent.

L. M Hepatis eminentiae, inter quas vena portarum intrat.

N Vena portarum, ſub hepate reſciſſa.

O Ductus hepaticus, ex hepate veniens.

P Ductus choledochus.

Q Ductus cyſticus, qui ſe cum hepatico conjungit.

R Veſicula fellis, quae fundo ſuo dependet infra marginem hepatis.

SSS Per hunc tractum hepati adhaeret peritonaeum, qua id membranam craſſam efficit, reni dextro ſuperinductam; quaque duodenum & colon ad hepar alligat.

Alligatur dexter Renis, tum Septo transverſo, tum Jecori, ---- huic, in ſimam ejus partem membraneo vinculo injecto. De Ren. Cap. XIII.

T Sub hac parte hepatis ſinus eſt, per quem incedit quod dicitur hepatis ligamentum rotundum (in embryone vena umbilicalis) petens ramum hepaticum ſiniſtrum venae portarum.

V Sinus hepatis, per quem incedit ligamentum rotundum, vena umbilicalis in embryone.

W Fiſſura hepatis, venae umbilicalis in embryone non impediendae cauſſa parata.

X Ligamentum rotundum.

Y Ligamentum latum, rotundo per longitudinem adhaerens.

FIGURA QUINTA, SEXTA, ET SEPTIMA.

An Lienis? Difficilis de his conjectura.

FIGURA OCTAVA.

Lien, gibba parte expreſſus.

FI-

FIGURA NONA.

Idem lien, à parte oppoſita.

A Sinuata pars, qua ventriculo adjacet.

BB Aut indicata membranae, qua lien ventriculo alligatus, ad lienem adhaeſio, ubi arteriae & venae & nervi in lienem penetrant: aut inciſura, quam lien ibidem habet.

FIGURA DECIMA.

Ren, medius per latitudinem à parte gibba ſimam verſus diſſectus, & apertus. Itaque ut reliquum renis, ita & papillae, pelvis rami, ipſaque pelvis bipartita.

A A Exterior renis pars.

B B B &c. Pars renis, quam corticalem dicere poſſumus; quae & papillarum baſes continet, & ipſis interſerta papillis.

C. C. &c. Papillae: in quibus lineae, hoc eſt, fiſtulae uriniferae. D. D. &c. Extrema papillarum, quae inſerta in extremos pelvis ramos.

Laxa eſt & inaequabilis renum ſubſtantia, qua parte rami vaſis urinarii deſinunt; ibi enim caruncula quaedam parvam glandulam referens eſt, cuique eorum ramorum extremo, inſtar operculi circumpoſita: has vero carunculas, ſi ſecundum earum longitudinem diſſecaveris, mirum tibi naturae artificium fiet manifeſtum, omnibus fere aliis Anatomicis incognitum: nimirum videbis quosdam ſulcos & canaliculos, non ſecus ac pilos tenuiſſimos, elegantiſſime in iis exſculptos, per quos non dubito, lotium in urinarii meatus ramos percolari; num autem ejusmodi canaliculi, à tenuiſſimis venis & arteriis fiant; an in ipſa renum ſubſtantia, perinde ac foramina in papillas mammillarum, ſint excavati, difficile eſt ex Anatome judicare. De Ren. Cap. VII.

F. E. &c. Pelvis rami.

F Pelvis: G hic anguſtata, & in ureterem abitura.

FIGURA UNDECIMA.

Veſica, una cum urethra, continuo per longitudinem ductu à priori parte inciſa eſt, & aperta.

A A Veſicae pars exterior. B B pars inciſa. C concavum.

D. D Oſtia ureterum, quibus in veſicam patent.

Vaſa Urinaria in poſteriorem Veſicae partem, à glandula, & à ſe invicem ſpatio duorum digitorum diſtantia, inſeruntur, quae oblique deorſum per ipſius veſicae corpus, quanta eſt latitudo parvi digiti, ad interiora producta, in ejusdem Veſicae cavitatem penetrant, nullaque membrana, aut operculo proprie obducuntur, ſed obliquum ingreſſum ſolummodo in Veſicam faciunt, ejusdem ſubſtantia laxata aut perforata, cujus beneficio urina ſponte in eam confluit, retro vero commeare nequit. De Ren. Cap. XX.

E. E Ureteres.

F. F Vaſa deferentia.


G. G Veſiculae ſeminales.

H I Urethrae interiora.


K K Corpus ſpongioſum urethrae inciſum una cum urethra.

III


II



TAB. XII.



TAB. XII.



TABULA XII.

FIGURA PRIMA.

HAec figura, quantum ad renes, renes ſuccenturiatos, truncum aortae & cavae, arterias & venas emulgentes, earumque ramos, reſpondet Figurae primae Tabulae primae.

A *Renis dexter eſt major, quam Æ ſiniſter; parte ſuperiore uterque aequalem fere altitudinem habet; ſiniſter enim nonnihil dextro eſt elatior, inferiore dexter ſiniſtro eſt humilior, & hoc evenit propter magnitudinem; cujus cauſa ſiniſter altior dextro dici poteſt.*

BB.BB *Ureteres.*

C.C *Glandula reni dextro incumbens, forma, figura, & ſubſtantia ei reſpondens, major eſt, quam ſiniſtra. Glandula reni ſiniſtro incumbens, ſimilis dextrae; ſed ea minor.*

DD *Venae cavae truncus.*

EE *Arteriae magnae pars.*

F *Venula orta à dextra parte cavae venae ſupra emulgentem, & in pinguem dextri renis membranam diſtributa.*

G *Venula, vel à cava, vel à ſuprema parte emulgentis dextrae ortum ducens; quae partim* H *in glandulam reni dextro incumbentem; partim* I *in ſupernam regionem ſubſtantiae renis diſtribuitur.*

K *Vena emulgens dextra humilior, brevior & magis obliqua, quam ſiniſtra.*

Solet in hominibus & in ſimiis una vena unaque tantum arteria utrique Reni magna ex parte contingere. De Ren. Cap. xv.

Conſueverunt venae & arteriae Renum magna ex parte non prius in ramos diſcindi, quam eorundem cavum ingreſſae ſint. De Ren. Cap. xvii.

L *Arteria dextra emulgens.*

M *Arteria emulgens ſiniſtra.*

N *Vena emulgens ſiniſtra, altius orta, longior, & minus obliqua quam dextra.*

Vena, quae ſiniſtrum Renem adit, ex ſuperiore & inferiore ſede ramos emittit; ex ſuperiore ut plurimum conſuevit, alterum quidem O *in medio ſuae longitudinis ductu, alterum vero* R *juxta ipſius inſertionem producere; ex quibus prior* O *in ſuperiorem partem membranae pinguis, uſque ad Renis longitudinis medium* Q, *& in ipſam glandulam Reni incumbentem* P, *ac denique in ipſum Septum transverſum (*Θ Tab. xxv. N°. 2.*) ſurculos ſpargit, qui interdum inſignes occurrunt, & cum ejusdem Septi venis, mira Naturae ſolertia, coëunt atque uniuntur; poſterior vero idemque ſuperior ramus* R, *in humiliorem pinguis tunicae regionem digeritur; inferiore vero loco Emulgens vena ex media ſede vas Seminarium* S *producit; quod etiam dextra, raro tamen, imitatur: multo vero rarius in utraque ſimul Emulgente hoc fieri conſpicimus: & haec quidem ea vaſorum diſtributio eſt, quae frequentius occurrit.* De Ren. Cap. xvi.

O *Venula à ſuperiori latere ſiniſtrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae diſtribuitur partim* P *in glandulam reni ſiniſtro incumbentem; partim* Q *in ſuperiorem regionem pinguis tunicae renis.*

R *Venula originem ducens à ſuperiori latere emulgentis ſiniſtrae juxta renem, diſſeminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.*

S *Vena ſeminaria ſiniſtra, orta ab emulgente.*

T *Vena ſeminaria dextra.*

U. V *Arteriae ſeminariae.*

W. W. W An vaſa ſpermatica conjuncta inter ſe membrana, quam celluloſam hodie dicunt?

X. X. X. X Arteriarum & venarum ſpermaticarum conjunctiones.

De ramis, quos arteriae & venae ſpermaticae in decurſu ſuo, antequam ad teſtes pervenerint, exigunt, vide Ξ & 30. Tab. xxv. N°. 2.

Y. Y Funiculi vaſorum ſpermaticorum; ubi vaſa ſpermatica continet & ambit membrana celluloſa.

Z *Arteria inferior meſenterii.*

a. a Arteriae iliacae.

b. b b Venae iliacae.

c. c Venae hypogaſtricae.

d. d: e. e Radices ramorum venarum hypogaſtricarum, qui A. A Tab. xxv. N°. 2.

f. f Venae, quae X Tab. xxvi. N°. 2.

g. g Venae ab hypogaſtricis oriundae, quae per veſicam excurrunt.

h Alia vena ab hypogaſtrica ſiniſtra oriens; quae per veſicam excurrit, ramosque cum ramis ſuperioris g crebre conjungit. Hujus loco in dextro latere

i Vena, quae ab iliaca dextra infra hypogaſtricam oriunda, per dextram veſicae partem excurrit, conjungens ſe pariter cum ſuperiore g.

k Vena inſignis, facta ex ramis venarum g. g. h. i. ante proſtatam confluentibus.

l. m Venae ab hypogaſtricis orientes, quae ſe cum vena k ad radicem penis conjungunt. Ex quo fit

n Vena azyga, per longitudinem dorſi penis decurrens.

o. o Arteriae hypogaſtricae.

p. p Radices arteriarum umbilicalium.

q. q Rami arteriarum hypogaſtricarum, qui comites venis f. f: iidem, qui comites venis X Tab. xxvi. N°. 2.

r. r: s. s Rami arteriarum hypogaſtricarum, qui cum venis g. g. h. i per veſicam excurrunt, & ramis ſuis conjungunt ſe inter ſe.

t u. t u Arteriae ex hypogaſtricis oriundae, quae ad priorem partem radicis penis decurrunt; ac deinde u. u venam azygam n per dorſum penis comitantur.

v Veſica.

w Ligamentum, in quod urachus mutatus.

x x Proſtata.

y. y Capita penis.

z Bulbus urethrae.

α Penis.

β. β Vaſa deferentia.

γ. γ Epididymides.

δ. δ Teſtes.

FIGURA SECUNDA.

Teſtis dexter à parte priore.
a Teſtis.
b Vas deferens.
c Epididymis.
d Alterum horum vaſorum videtur eſſe vena ſpermatica, alterum arteria.
e. f. g Rami per vas deferens.
f Ramus, qui eſt progrediens f Fig. 5.
g Ramus, qui progrediens g Fig. 5.
h. h. h Rami, qui decurrunt per membranam albugineam teſtis.

FIGURA TERTIA.

Haec, quantum ad renes, truncum aortae & cavae, arterias & venas emulgentes, ac ſpermaticarum principia, reſpondet Figurae ſecundae Tabulae primae.

A. B *Secunda figura renem ſiniſtrum* B *habet majorem, & altiorem dextro* A; *licet propter magnitudinem hic videatur eſſe humilior.*

C C *Vena cava.*

D. D Venae iliacae.

E. E *Arteria magna.*

F. F Arteriae iliacae.

G. G Venae emulgentes.

Vena emulgens dextra altius oritur, quam ſiniſtra; ac ſimul cum arteria in quatuor ramos dividitur; & ante diviſionem producit venam ſeminariam.

Vena emulgens ſiniſtra humilius oritur, quam dextra; ac ſimul cum arteria in quinque ramos dividitur, & ante diviſionem duo principia venae ſeminariae producit.

Perſaepe venas & arterias renum *in medio ductu in duos aut tres, nonnunquam etiam in quatuor aut quinque aequales ramos ſolvi obſervavimus, qui quidem rami ad Renes, qua parte ſimi ſunt, producti, quaſi anchoris quibuſdam jactis in eorundem cavitatem inſeruntur.* De Ren. Cap. XVII.

H H. H Arteriae emulgentes.

I. K. L *Vena ſeminaria ſiniſtra* L *duobus principiis* I. K *ab emulgente orta: quod ſaepe accidit; quamvis vena emulgens in tot ramos, quot vides, ſemper non ſit diviſa.*

M. N. O *Venae ſeminariae dextrae* O *duo principia; alterum* M *ab emulgente; alterum* N *à vena cava.*

P. Q Q *Arteriae ſeminariae.* P dextra: Q Q ſiniſtra.

R An vaſa ſpermatica conjuncta inter ſe membrana, quam celluloſam hodie dicunt?

S. S Arteriarum & venarum ſpermaticarum conjunctiones.

T Arteria meſenterica inferior.

U U. U U Ureteres, juxta veſicam reſciſſi.

V. V Veſiculae ſeminales.

W Caput gallinaginis.

X Oſtiola duo, quibus in urethram patent canales veſicularum ſeminalium, per quos ſemen in eam defertur.

Y.Y Vaſa deferentia, quae in veſiculas ſeminales deſinunt.
Z.Z Spermaticorum vaſorum funiculi, ad quos ſe adjungunt vaſa deferentia, ab epididymidibus venientia.
a. a Epididymides.
b. b Teſtes.

FIGURA QUARTA.

Haec, praeter pauca, in totum eſt eadem, quae Figura quinta Tabulae quartae. Vide & de Renibus Cap. x.

Quandoque vidimus tres renes, A *unum ſcilicet in dextro latere, qui naturalis erat*; B. C *duos verò praeter naturam in ſiniſtro.*

B *Alter ſiniſter ren praeter naturam, admodum parvus; figurae triangulae, & ſatis depreſſae, ſola ſubſtantiâ ſimilis ei, qui naturalis eſt, vaſe urinario, & arteria deſtituitur.*

C *Alter ren ſiniſter praeter naturam, in ſiniſtro ſpinae latere ſitus eſt; & à ſummitate quartae lumborum vertebrae, uſque ad oſſis ſacri initium producitur: eſtque in ſuperiori parte anguſtior, in humiliori latior; ac vas urinarium ex poſteriori ſui regione producit; quamvis hoc videri in figura non poſſit.*

D D E E *Vena cava.* E. E Venae iliacae.
F F G G *Arteria magna.* G. G Arteriae iliacae.
H. I *Duae venae emulgentes dextrae; aequales, & aequè diſtantes; quae arteriam* K K *in medio continent.*
L *Vena emulgens ſiniſtra, ſatis gracilis, elatiorem originem habens, quàm dextra; quae ſine ulla comite arteria transverſa procedit.*
M *Vena ſeminaria ſiniſtra.*
N Vena ſpermatica dextra.
O Arteriae ſpermaticae.
P Arteria meſenterica inferior.
Q Q *Vena orta à cava, è regione ſecundae lumborum vertebrae, quae transverſa ſub arteria procedit.*
R *Vena alia principium ſumens parum ſupra magnam cavae venae diviſionem in lumbo; quae etiam ſub arteria transverſa procedit, & cum praedicta coit.*
S *Vena ex praedictis duabus conflata; quae inſeritur in poſteriorem ſedem renis, verſus externum latus.*
T *Arteria bipartita, antè, ac retrò in ſuperficiem ſiniſtri renis diſtributa oritur, antequàm magna arteria in lumbo dividatur.*
U *Arteria altera, à ſiniſtro trunco magnae diviſionis in lumbo principium ſumens; inſeritur in humiliorem renem ſiniſtrum ſimul cum vena.*

FIGURA QUINTA.

Teſtis idem, qui Figura ſecunda; ſed à parte poſteriore.
a Teſtis.
b Vas deferens.
c c c Epididymis.
d Alterum horum vaſorum vena ſpermatica eſſe videtur, alterum arteria.
e. f. g Rami per vas deferens: quorum
f fit f Fig. 2.

g fit

g fit g Fig. 2.
h. h Rami per epididymidem.
i. i. i. i Rami, qui per membranam albugineam teſtis decurrunt.

FIGURA SEXTA.

Teſtis, à quo tunica albuginea detracta.
A Pulpa teſtis nuda. Lineae ipſi inſcriptae, videntur indicare pulpae quandam in particulas diſtinctionem.
BC Tunica albuginea. B pars exterior. C pars interior, eaque concava; quae teſtis pulpam continet.
D. D. D Vaſa, quae è tunica albuginea ad pulpam procedunt.

FIGURA SEPTIMA.

Haec Figura, praeter veſicam cum pene, eſt Figura tertia Tabulae primae.
A *Renis dexter eſt altior ſiniſtro* B.
CC *Venae cavae truncus.*
D. D Venae iliacae.
EE *Arteria magna.*
F. F Arteriae iliacae.
G. H *Duae emulgentes venae dextrae altius oriuntur, quàm duae ſiniſtrae; oblique deorſum, uno digito aequè diſtantes, ad renem tendunt; quarum inferior eſt minor ſuperiori: ambae ſeminariam venam producunt.*
I *Arteria emulgens dextra, cum ſuperiori, & craſſiori vena procedens.*
K. L. M *Vena ſeminaria dextra, ex duobus principiis conſtituta.*
N *Vas urinarium dextrum.*
O. P P *Duae venae emulgentes ſiniſtri lateris, magnitudine aequales, figura flexae; humilius oriuntur, quàm dextrae: quarum ſuperior ſatis obliqua deorſum procedit; inferior verò parum, & penè transverſa ducitur, ambaeque inſtar* X *ſe interſecant: eminentior enim inferius, humilior verò ſuperius in renem inſeritur.*
QR *Arteria emulgens ſiniſtra;* Q *ad medium uſque ductum cum ſuperiori,* R *& inde cum inferiori vena procedens.*
S *Vena ſeminaria ab inferiori emulgente orta.*
T *Arteriae ſeminariae.*
U *Inferior arteria in meſenterium diſtributa.*
V *Vas urinarium ſiniſtrum.* Cujus pars inferior una cum veſica inverſa eſt.
W Ureteris dextri reſciſſi extremum.
X Veſicae pars poſterior, in eaque lacerti, de quibus Euſtachius,
Veſicae propria tunica gemina eſt, obtinetque exterior fibras conſpicuas craſſas ac fere carneas, quae adeo variae quoquoverſum diſtribuuntur, ut intuentibus multarum tunicarum ſpeciem habere videantur. De Ren. Cap. XIX.
Y Urachi embryonis reliquiae.
Z. Z Vaſa deferentia.
a. a Veſiculae ſeminales.
b Proſtata.

c. c Capita penis.
d. d Acceleratores esse videntur.
e Penis.
f Urethra.

FIGURA OCTAVA.

Testis per longitudinem dissectus medius.
a. a. a. a Vasa per pulpam testis incedentia.
b Hoc quoque vasa refert.

Caeterum lineis pulpae testis inscriptis, significare videtur pulpae quandam in particulas distinctionem; ut Fig. 6.

FIGURA NONA.

Haec Figura similis primae Figurae Tabulae tertiae, praeterquam parte inferiore.

A *Dexter renis minor est, & elatior;* B *sinister multò major, & humilior; praesertim in infima sede: nam in suprema ambo parum differunt.*

CC *Dextrum vas urinarium, quod simam partem renis usque ad ejus summitatem perreptat.*

DD. EE. F *Interdum rene existente satis magno, ut hic sinister apparet; tres in eo sunt cavitates, in quas urina colatur; una in ejus summitate, non admodum magna; altera in medio, praedictâ triplo major: tertia in infima ipsius sede: & à qualibet earum unus oritur meatus urinarius.*

DD *Primus meatus urinarius à prima cavitate ortus; qui deorsum tendens usque ad magnam arteriae divisionem in lumbo, conjungitur cum aliis duobus meatibus.*

EE *Secundus ramus urinarius ortus à media cavitate; qui deorsum obliquè fertur, ferè usque ad humiliorem sedem renis.*

F *Tertius meatus amplus est; & ab ultima cavitate tribus principiis ortum ducit: hic parumper deorsum productus, angustior redditur; & primum cum secundo meatu coit, ac unus cum eo efficitur: deindè cum primo unitus, cum eo unum* G *vas urinarium efformat.*

HH *Vena cava.*

II *Arteria magna.*

K *Vena emulgens dextra in tres ramos divisa.*

L *Vena emulgens alia, duobus digitis sub praedicta originem sumens; quae* M *venam seminariam dextram producit.*

M *Vena seminaria dextra.*

N *Vena alia, duobus digitis supra magnam cavae venae in lumbo divisionem, principium ducens, inseritur in humiliorem partem renis simul cum arteria, quae ipsam comitatur.*

OO *Arteria emulgens dextra, simul cum prima emulgente vena procedens; in duos inaequales ramos divisa.*

P *Arteria alia à trunco dextro magnae divisionis in lumbo.*

Q *Vena emulgens sinistra, è regione dextrae ortum ducens; simul cum* R *arteria in tres ramos dividitur; nullamque seminariam venam producit.*

S *Vena seminaria sinistra à cava enata.*

T *Ar-*

T *Arteriae ſeminariae.*
V *Inferior arteria meſenterii.*
W. W Arteriae iliacae.
X. X Venae iliacae.
Y. Y Venae hypogaſtricae.
Z. Z Arteriae hypogaſtricae.
a. a Venae epigaſtricae. Vide z. z Fig. 12. Tab. XXVII.
b Haud dubie ramus venae iliacae externae, qui H Tab. xxv. N°. 2. in dextro latere.
c. c Haud dubie rami arteriae iliacae externae, qui comites ramorum venae H Tab. xxv. N°. 2. in dextro latere.
d Ramus venae iliacae externae, & e ramus arteriae, qui H Tab. xxv. N°. 2. in ſiniſtro latere.
f Ramus arteriae cruralis, & g venae; qui in Tab. xxv. N°. 2. producunt ramos M. N. &c. in ſiniſtro femore.
h Ramus venae cruralis, qui in Tab. xxv. N°. 2. juxta L in ſiniſtro femore.
i. i Venae ſaphaenae.
k. k Venae & arteriae per ſcrotum diſtributae. Venae à ſaphaenis oriuntur.

FIGURA DECIMA.

Eſt tertia Tabulae tertiae.
A *Renis dexter ſiniſtro* B *eſt minor; qui propter magnitudinem ſupra elatior, infra humilior dextro apparet.*
C Ren ſuccenturiatus.
D E E *Vena cava.* E. E Venae iliacae.
F G G *Arteria magna.* G. G Arteriae iliacae.
H *Vena emulgens dextra altius orta, quàm ſiniſtra, & eâ multò gracilior, quae in duos ramos diviſa, altero in elatiorem, altero in humiliorem partem renis inſeritur; & antequam dividatur venam ſeminariam dextram producit.*
I *Vena ſeminaria dextra.*
K *Vena altera ad renem producta, quae uno digito ſub emulgente dextra ortum ducens obliquè ſurſum tendit; & multò ſupra inſertionem prioris rami memoratae emulgentis, in renem infigitur.*
L *Tertia vena ad renem dextrum procedens, duobus digitis ſub ſecunda enata, & ferè tranſverſa ad renem producta.*
M M *Arteria dextra ſupra emulgentem conſuetam orta, primò deorſum, deindè ſurſum procedens, quae in duos ramos diviſa, inſeritur in renis ſummitatem.*
N N N *Arteria dextra emulgens, deorſum cum vena emulgente procedens, & cum infimo ejusdem venae ramo in anteriorem renis ſedem inſerta.*
O *Tertia arteria dextra, ortum ducens è regione inferioris arteriae meſenterii, & tranſverſa ad renem tendens.*
P *Quarta arteria dextri renis, enata in medio magnae diviſionis, quae in lumbo fit; obliquè ſurſum ad renis poſteriorem, & inferiorem ſedem protrahitur.*
Q *Quinta arteria dextri renis, orta à ramo ejusdem lateris ad os ſacrum tendente; ſurſum obliquè aſcendens, in anteriorem, & imam ſedem renis inſeritur.*
R *Vas urinarium dextrum, in principio ſatis latum, ex quinque propaginibus conflatur; licet earum tres ſolum appareant; quae per anteriora renis egrediuntur.*

S *Vena emulgens ſiniſtra, inferiùs orta, quam dextra, ubi arteriam magnam praeteriit, in quinque ramos dividitur; quorum alter* T, *qui ſuperior eſt, inſeritur, tùm in elatiorem ſedem ipſius renis, tùm in glandulam ei incumbentem; undè poſtea ramulus ad membranam pinguem egreditur. Secundus* V *obliquè deorſum tendit, & bipartitus in anteriorem ſedem renis circa ejus medium inſeritur. Tertius* W *ſurſum obliquè reflectitur; & ſecundum inſtar* X *interſecans, inſeritur in anteriorem, & ſuperiorem renis partem. Quartus* X *deorſum obliquè tendens, inſeritur in anteriorem, & humiliorem ſedem renis. Quintus* Y *reflectitur retrorſum ad lumbum; & inter primam, & ſecundam ejus vertebram ad medullam ſpinalem penetrat.*

ZZ *Vena alia ſiniſtri renis, à ſiniſtro ramo magnae diviſionis in lumbo enata; ſurſum obliquè aſcendit, & poſtquàm ramum diviſionis arteriae ejusdem lateris praeteriit, in duas propagines dividitur; quae in medio comprehendentes tertiam arteriam ſiniſtram, inſeruntur in anteriorem, & humiliorem ſedem renis.*

a *Vena ſeminaria ſiniſtra.*

b *Prima arteria ſiniſtra ad renem tendens, oritur è regione ſecundae earum, quas in dextro latere eſſe diximus. Haec juxta renem bipartita, inſeritur cum primo, & cum tertio ramo venae emulgentis.*

c *Secunda arteria ſiniſtri renis, oritur ſub infima arteria meſenterii; bipartitaque prope renem inſeritur, altera ejus parte ſub medium renem, altera cum quarto ramo venae emulgentis.*

d *Tertia arteria, oritur paulò ante diviſionem magnae arteriae in lumbo; quae inter ramos ſecundae venae ſiniſtrae procedens, ſimul cum illis in renem infigitur.*

e *Arteriae ſeminariae.*

f *Inferior arteria meſenterii.*

g Arteria hypogaſtrica dextra.

hh *Vas urinarium ſiniſtrum, ex quinque propaginibus à renibus procedentibus conflatum; oblongam veſicam, inſtar perae paſtorariae recurvatam, refert; aut Threicium gladium altera parte flexum repraeſentat: hoc calculis plenum à nobis eſt inventum.*

FIGURA UNDECIMA.

Reſpondet Figurae quartae Tabulae quartae.

A *Renis urſinus ex pluribus quaſi glandulis magnitudine ceraſorum coagmentatus; quae invicem junguntur, & alligantur membranae cujusdam tenuis, ac ramorum trium vaſorum beneficio. Harum diviſiones replet copioſum pingue; quo remoto facile eſt ejusmodi particulas ſine vulnere ſeparare.*

In ſingulas has urſini renis partes, glandulas referentes, ſemper ramus venae, arteriae, ac vaſis urinarii inſeritur.

Quilibet ramus vaſis urinarii in latum finem deſinit; in quem alia glandula parva, acuta, & nonnihil depreſſa, ex ſubſtantia renis formata, inſtar operculi ei incumbens, ingreditur.

B *Vena, & arteria emulgens.*

C *Vas urinarium.*

FIGURA DUODECIMA.

Haec eſt Figura ſecunda Tabulae tertiae, praeter unam arteriam meſentericam inferiorem.

A *Renis dexter elatior eſt* B *ſiniſtro.*

C Ren ſuccenturiatus.

D D *Vena cava.*

E E *Arteria magna.*

F *Vena emulgens dextra, multò altius orta, quàm ſiniſtra: ſimul cum* G *arteria in tres ramos aequales diviſa: qui aeque diſtantes inſeruntur ſupra renis medium.*

H *Vena ſeminaria dextra.*

I *Vena alia emulgens, procedens à cava ſub ortu venae ſeminariae dextrae, quae tranſverſa ducitur; & in renem inſeritur ſub ejus medium.*

K. L *Duae aliae arteriae, ultra conſuetam, cum prima vena emulgente procedentem; ad renem dextrum tendunt.* K *Prima harum duarum arteria oritur ſupra arterias ſeminarias; & transverſa ſupra cavam venam procedens, inſeritur propè humiliorem ramum primae venae emulgentis.* L *Secunda arteria oritur ſub arteriis ſeminariis; & unà cum ſecunda vena ad renes progreditur; ac in eos inſeritur.*

M *Vas urinarium dextrum.*

N *Vena emulgens ſiniſtra; major, & humilius orta, quàm dextra; ubi arteriam magnam praeteriit, in duos ramos partitur, & ſinguli rurſus in alios dividuntur: altera portio primi rami inſeritur in glandulam reni ſiniſtro incumbentem, & ipſam perforat; altera in anteriorem renis partem ſupra ejus medium diſpergitur. Secundus ramus primum gignit venam ſeminariam: deinde bipartitus, altera parte ſurſum fertur; & inſeritur in renem ſupra infimam partem primi rami: altera inſeritur in eundem renem ſub ejus medium.*

O *Vena ſeminaria ſiniſtra.*

P P *Alia vena ſiniſtra ad renem ſurſum oblique tendens; oritur à ſiniſtro trunco magnae diviſionis venae cavae in lumbo; & inſeritur in infimam ſedem renis.*


Q *Arteria ſiniſtra emulgens; quae in duas partes dividitur, quarum una fertur, & inſeritur ſimul cum infima portione primi rami venae emulgentis, altera cum ſecunda parte ſecundi ejusdem venae rami.*

R *Alia arteria ſimul cum ſecunda vena ſiniſtra deducta; ortum ducens à ſiniſtro trunco magnae diviſionis in lumbo.*


S *Arteriae ſeminariae.*

T Arteria meſenterica inferior.

V *Vas urinarium ſiniſtrum inſtar oblongae veſicae ſatis dilatatum, in anteriori ſede renis oblique poſitum: in quod plures ex rene feruntur meatus, multis interdum arenulis pleni.*



TAB. XIII.



TAB. XIII.

TABULA XIII.

Loco dextri renis, *venae, arteriae ac vaſis urinarii rami per renis ſubſtantiam diſtributi*, ut Figura ſecunda Tabulae quintae, cui reſpondent. Ren ſiniſter cum emulgente vena & arteria, venaeque ramis, reſpondet reni ſiniſtro Figurae primae Tabulae primae.

A A Vena cava inferior.

B B Arteria aorta.

C Radix venae E Fig. 1. Tab. 1. & ω Tab. xxv. N°. 2.

D Vena emulgens dextra. *Vena emulgens, poſtquam in renem ingreſſa eſt, in quatuor* E E E E E *vel quinque ſcinditur ramos; qui in multos alios rurſus diviſi, per renis ſubſtantiam vario modo diſpenſantur; ac invicem permixti uniuntur* F. F. F. F. &c.; *& denique in tenuiſſimos, viſumque propemodum fugientes ſurculos ceſſant. Si enim renis inciſus comprimatur; apparent multae ſanguinis guttae, oſtendentes vaſa, quae cerni non poſſunt, eſſe diſperſa per renis ſubſtantiam.*

G H H H H *Arteria emulgens, quae ſimul cum vena procedens eandem, quam illa, habet diſtributionem.*

Apparent rami trium vaſorum, remota, & abraſa tota renis ſubſtantia.

Solet in hominibus & ſimiis una vena unaque tantum arteria utrique reni magna ex parte contingere. De Ren. Cap. xv.

Conſueverunt venae & arteriae Renum magna ex parte non prius in ramos diſcindi, quam eorundem cavum ingreſſae ſint. De Ren. Cap. xvii.

Ubi ambo haec vaſa ad ſui lateris Renem oblique prorepentia in ejuſdem cavitatem, ut aſſerui, ingreſſa ſunt, illico in plures ramos, qui magna ex parte quatuor eſſe ſolent, eorum utrumque diſcinditur: ac mirabili quidem artificio, ſed multo aliter, quam alii ſcribant, diſpenſatur & abſumitur. &c. *--- fere usque ad Renis altitudinis medium perveniunt; ubi ſuis propaginibus multiformiter invicem coëunt & uniuntur, quae rurſus in alios exiguos ſurculos diviſae, per Renum ſubſtantiam capillorum modo diſperſae tandem obliteſcunt.* De Ren. Cap. xvii.

I *Urinarius meatus* (*de hominibus loquor, non de canibus*) *ubi in Renem ingreſſus eſt,* K *latior paululum evadit,* L L. L L. L L. *& in tres ramos praecipuos inſtar venarum & arteriarum ſcinditur; eoſque in ſuperiorem, inferiorem ac mediam regionem ejuſdem Renis diſtributos; ex quibus rurſum ſuperior inferiorque in tres alios ramos dividitur, medius vero in duos: hi rami breves & ampli ſunt,* M. &c. *finemque potius latiorem, quam anguſtiorem inſtar ſcyphi aut choanae obtinent, quo glandulam mammillarum papillis ſimilem inſtar operculi quilibet eorum excipit & amplectitur, eidemque ſuis fibris undique laxatis, adhaeret: evenit etiam frequenter pleroſque ex his ramis in medio foraminibus eſſe pervios, quae non ſecus ac ipſorum extrema oſcula, glandulam quoque admittunt; & haec eſt vaſis Urinarii in Renes diſpenſatio, quae frequentius occurrit.* De Ren. Cap. xix.

N *Vena emulgens ſiniſtra, altius orta, longior, & minus obliqua quam dextra.*

Vena, quae ſiniſtrum Renem adit, ex ſuperiore & inferiore ſede ramos emittit; ex ſuperiore utplurimum conſuevit, alterum quidem O *in medio ſuae longitudinis ductu, alterum vero* P *juxta ipſius inſertionem producere; ex quibus prior* O *in ſuperiorem partem membranae pinguis, uſque ad Renis longitudinis medium, & in ipſam glandulam Reni incumbentem* (P Fig. 1. Tab. xii.) *ac denique in ipſum Septum transverſum* (Θ Tab. xxv. N°. 2.) *ſurculos ſpargit, qui in-*

terdum insignes occurrunt, & cum ejusdem Septi venis mira Naturae solertia, coëunt atque uniuntur; posterior vero idemque superior ramus P, *in humiliorem pinguis tunicae regionem digeritur; inferiore vero loco Emulgens vena ex media sede vas Seminarium* T *producit; quod etiam dextra, raro tamen, imitatur: multo vero rarius in utraque simul Emulgente hoc fieri conspicimus: & haec quidem ea vasorum distributio est, quae frequentius occurrit.* De Ren. Cap. XVI.

O *Venula à superiori latere sinistrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae distribuitur* (partim in diaphragma) *partim in glandulam reni sinistro incumbentem; partim in superiorem regionem pinguis tunicae renis.* Est Θ Tab. XXV. N°. 2.

P *Venula originem ducens à superiori latere emulgentis sinistrae juxta renem, disseminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.* Est Λ Tab. XXV. N°. 2.

Q *Arteria emulgens sinistra.*

R Ren sinister.

S *Vas urinarium sinistrum.*

T Vena spermatica sinistra, ex inferiore parte emulgentis sinistrae fere mediae oriens.

V Vena spermatica dextra, ex cava oriens.

W. X Arteriae spermaticae, ex priori parte aortae orientes. Earum, sicuti & venarum rami recisi, quos in decursu suo emittunt, antequam ad uterum, tubas Falloppianas, ovaria, perveniant. Vide Ξ & 30. Tab. XXV. N°. 2.

Y. Y. Y An indicatae arteriarum spermaticarum cum venis conjunctiones & connexiones per membranulas?

Z. Z. Z Medii canales, quibus venae spermaticae cum arteriis unitae.

a a. a a Venae spermaticae cum arteriis secundum uterum vaginamque incedentes. Ramos multos emittunt, pertinentes ad ovaria, tubas Falloppianas, uterum, vaginam. b. b. b Indicatum quoque venulas uniri inter se.

c c. c c Arteriae iliacae.

d d. d d Venae iliacae.

e. e Venae hypogastricae.

f f. f f Arteriae hypogastricae.

g Radix arteriae umbilicalis.

h h. i. k: h. i. k Rami arteriarum hypogastricarum, ad uterum, vaginam, vesicam. Invenimus ramos eorum unitos inter se; ut l. l. l. &c. Invenimus unitos cum truncis arteriarum spermaticarum; ut m. m. &c. Invenimus cum ramo arteriae spermaticae; ut n: cum ramo arteriae epigastricae per ligamentum rotundum uteri procedente ad uterum; ut o: cum ramo venae hypogastricae; ut p: nisi insit aliquod sculpturae vitium.

q. r. s: q. r. s Rami venarum hypogastricarum, qui respondent arteriarum ramis h h. i. k: h. i. k, cum iisque incedunt ad uterum, vaginam, vesicam. Invenimus pariter crebre unitos inter se ramis suis; ut t. t. t. t. &c.: unitos etiam cum truncis venarum spermaticarum; ut u. u. u: cum ramis earundem; ut w. w. w.

Suspicor, per venarum ramos, qui extremo Recti intestini, Uterique cervici offeruntur, humores in Vesicam vel ob eam maxime rationem excerni, quod ii rami frequentissimi sint, & cum illis, qui Vesicae urinariae sunt proprii, vario modo mixti & conjuncti. De Renibus Cap. XXVIII.

x Ramorum venarum hypogastricarum, qui per vesicam decurrunt, unio, ad priorem partem cervicis vesicae; accedentibus quoque hypogastricarum ramis y. y. Ex qua unione fit vena z, decurrens ad clitoridem.

α. α Hy-

α. α Hypogaſtricarum venarum , & β. β arteriarum rami , qui ad nates penetrant.

γ. γ Arteriae epigaſtricae.

δ. δ Venae epigaſtricae.

ε Ramus venae epigaſtricae dextrae, qui mox ſe findit in duos, quorum alter ζ per ligamentum uteri rotundum ad uterum procedit: alter η cum ligamenti ejusdem extremo ad pubem pertinet.

θ Arteriae epigaſtricae dextrae ramus, qui comes venae ζ, ad uterum per ligamentum rotundum procedit.

ι Arteriae epigaſtricae ſiniſtrae ramus, qui in duos ſe findit : alteroque κ per ligamentum uteri rotundum procedit ad uterum; qui ramus reſpondet arteriae θ dextri lateris: altero λ cum ejusdem ligamenti extremo ad pubem incedit; cui ramo nullus in dextro latere reſpondet.

μ Venula , quae deinde diviſa in duas ν & ξ, quibus arterias λ & κ comitatur ad pubem, uterumque. Reſpondet venae ε dextri lateris, ſed ab epigaſtrica , ut illa , non oritur.

ο ο Venae ſaphaenae.

Γ Clitoris. Δ. Δ crura clitoridis.

Θ. Θ Erectores clitoridis.

Λ Vaginae pars, quae eſt ante exitum urethrae, nymphis terminata.


Ξ Veſica.


Π. Σ Uterus. Π cervix. Σ fundus.


Φ. Φ Tubae Falloppianae.


Ψ. Ψ Ovaria.


Ω. Ω Ligamenta rotunda uteri.































TAB. XIIII.

























TAB. XIIII.



TABULA XIV.

FIGURA PRIMA.

AAAA PEritonaeum esse videtur.
B Intestinum rectum.
C Uterus.
D Vesica, cum superinducto, ut opinor, peritonaeo.
E. E Venae & arteriae spermaticae. De conjunctione earum vide Y Tab. XIII.
F F. F F Tubae Falloppianae.
G. G Arteriae crurales.
H. H Venae crurales.
I. I Arteriae epigastricae.
K. K Venae epigastricae.
L Venae & arteriae epigastricae dextri lateris rami, qui per ligamentum uteri rotundum ad uterum procedunt. Vide ε ζ & θ Tab. XIII.
M Earundem rami, qui procedunt secundum extremum ligamenti rotundi, ad pubem porrectum. Venam arteria comitatur, contra quam Tab. XIII. ubi venae η nulla comes arteria.
N Vena, quae est loco rami, qui à vena epigastrica dextra ortus, incedit per ligamentum rotundum. Vide μ Tab. XIII.
O Ramus venae N, una cum ramo arteriae epigastricae sinistrae ad uterum per ligamentum rotundum procedens. Vide ϰ & ξ Tab. XIII.
P Ejusdem venae N ramus, una cum ramo arteriae epigastricae sinistrae procedens secundum extremum ligamenti rotundi, ad pubem porrectum. Vide λ & ν Tab. XIII.
Q. Q Ligamenta rotunda uteri. An inter eorum ambitum & uterum, etiam lata uteri ligamenta indicata?
R. R Venae saphaenae.
S Synchondrosis pubis.
T Clitoris.
V. V Crura clitoridis.
W. W Erectores clitoridis.
X X Constrictor cunni.
Y Sphincter ani, cum Constrictore cunni connexus.
Z. Z Glutei magni.
Γ. Γ Semitendinosi.
Δ. Δ Adductores magni femorum.
a. a Graciles.
b. b Adductores longi femorum.
c. c Pectinei.
d. d Psoae magni.
e. e Iliaci interni.
f. f Ossa ilium.
g. g Sartorii.
h. h Recti crurum.
i. i Tensores vaginarum femorum.

FIGURA SECUNDA.

ABCC Uterus integer, cum vagina integra, à priori parte.
A Fundus uteri.
B Cervix uteri cum CC vagina, uſque ad nymphas & clitoridem.
D.D Tubae Falloppianae, prope uterum reciſae.
E.E Ligamenta uteri rotunda, prope uterum reciſa.
Æ.Æ Venae & arteriae, quae per ligamenta rotunda incedunt ad uterum.
F Veſica, in latus ſiniſtrum deorſum ſic verſa, ut appareat pars ejus, quae vaginae adjacet.
G Uracho reſpondens ligamentum.
H Urethra vaginae inſerta.
I.I Ureteres. K.K ubi ureteres veſicae ſe inſerunt.
L Clitoris. M.M crura ejus.
N.N Erectores clitoridis.

FIGURA TERTIA.

Utero & vagina aequaliter per longitudinem in partem priorem & poſteriorem diſſectis, partem priorem ex interiore parte exhibet.
AAA Uterus, BBBB cervix uteri, CCC vagina; per longitudinem inciſa.
D Cavum uteri, triangulare, aequabile.
E.E Cavi uteri anguli duo ſuperiores, in tubas Falloppianas abeuntes.
F.F Tubae Falloppianae prope uterum reciſae.
G Cavi uteri angulus inferior, qui in cervicem uteri abit.
H Cavum cervicis uteri, inaequabile, & uterum verſus anguſtatum.
I I Pars dimidia oſtii, quo cervix in vaginam patet.
K Cervicis, qua oſtium ipſius eſt, tumor in ſummam vaginam prominens.
LM Vaginae pars interior. L pars, quae ultra exitum urethrae porrecta. M pars, quae ante eum, nymphis terminata.
N Urethrae in vaginam exitus.
O.O Sinus ab utroque exitus illius latere.
P Pars vaginae inſigniter rugoſa, ultra exitum urethrae prominens.

FIGURA QUARTA.

Ejuſdem uteri & vaginae pars dimidia poſterior, ex interiore pariter parte.
AAA Uterus, BBBB cervix uteri, CCC vagina; per longitudinem inciſa.
D Cavum uteri, triangulare, aequabile.
E.E Cavi uteri anguli duo ſuperiores, qui in tubas Falloppianas abeunt.
F.F Tubae Falloppianae prope uterum reciſae.
G Cavi uteri angulus inferior, qui in cervicem patet.
H Cavum cervicis uteri, inaequabile, & uterum verſus anguſtatum.
I I Pars dimidia inciſi oſtii, quo cervix in vaginam patet.
KL Vaginae pars interior. L pars, quae juxta anum incipit, rugas habens transverſas.

FIGURA QUINTA.

Secundae humanae, quibus embryo continetur, integrae.
AAA Chorion.
B Placenta, qua parte se utero adnectit.

FIGURA SEXTA.

Secundae similes, dissectae.
AB Chorion incisum & inversum. A pars exterior, B interior.
CCDD Amnios incisa. CC pars exterior, DD interior.
E Embryo, eo positu membrorum, in quem illa in utero componere solet.
FFG Funiculus umbilicalis; FF hac parte nudus; G hac per amnion hic apparens.
H.H.H.I.I Venae & arteriae ab umbilicali funiculo per chorion ramosae excurrentes. Videntur autem H.H.H venae esse, I.I arteriae; si ex magnitudine & unione judicare licet.

FIGURA SEPTIMA.

Secundae caninae integrae, cum foetu, quem continent.
AA Chorion, per quod vasa decurrunt.
B Placenta zonae similis.
CC Foetus.

FIGURA OCTAVA.

Similes secundae caninae, incisae.
AA Chorion.
B Placentae locus.
CC Allantoïdes.
DD Amnios, foetum continens.
Caeterum vasa apparent, quae per has membranas decurrunt: inter quae E.E duae venae, quas arteriae comitantur, ad placentam incedentes; à quibus etiam rami per chorion & allantoïdem.

FIGURA NONA.

Secundae, aut vaccinae, aut ovillae, integrae.
AAA Chorion.
B.B.B.B.B.B.B. &c. Placentulae.
C Locus, ubi intus ad chorion desinit funiculus umbilicalis, & unde arteriae & venae umbilicales discurrunt per chorion, ad placentulas pertinentes.


FIGURA DECIMA.

Similes secundae, ut Figura nona, incisae.
A Foetus.
BB Pars chorii explicata, in qua apparent placentulae, ut Fig. 9.
C Amnios pars, explicata.
D Funiculus umbilicalis.


E Vaſa, quae è fune umbilicali exeuntia, decurrunt per chorion, pertinentque ramis ſuis ad placentulas.
F Urachus, qui ex fune umbilicali exeuns, dilatat ſe, fitque
G Allantoïdes.


III
II
I


I




II




III



IV




V




VI



TAB. XV.



TAB. XV.



TABULA XV.

FIGURA PRIMA.

Thoracis viſcera à parte priori, ſitu naturali.

ABC Larynx. A epiglottis. B cartilago thyreoïdea. C cartilago cricoïdea.

D Aſpera arteria.

EFGHI Pulmones. E. F. G pulmo dexter, ejusque tres fibrae. H. I pulmo ſiniſter, fibraeque ejus duae. K lunatus defectus fibrae ſuperioris pulmonis ſiniſtri, cedens mucroni cordis.

LL Pericardium, cor continens.

MM. MM Pleurarum, qua mediaſtinum dicuntur, à ſterno & coſtarum cartilaginibus reſciſſarum relliquiae.

N Thymus.

O. P Venae ſubclaviae.

QQQ Diaphragma, à thorace per ambitum reſciſſum.

FIGURA SECUNDA.

Haec Figura ordine partium poſt quartam proxime ſequitur. Inciſo apertoque pericardio, cor cum auricula dextra magniſque venis & arteriis ſitu naturali exhibet. Caeteris maximam partem quartae reſpondet.

ABC Larynx. A epiglottis. B cartilago thyreoïdea. C cartilago cricoïdea.

D Aſpera arteria.

EFGHI Pulmones in latera reclinati. E. F. G tres fibrae dextri. H. I duae ſiniſtri.

KKK Diaphragma, à thorace per ambitum reſciſſum.

LLLL Pericardii, quadrifariam inciſi, reclinati anguli.

M Cor.

N Auricula dextra cordis.

OO Vena cava ſuperior.

P. Q Venae ſubclaviae.

R Arteria aorta.

S Pericardii ad aortam adhaeſio.

T Radix communis arteriae ſubclaviae dextrae & carotidis dextrae.

V Arteria carotis ſiniſtra.

W Arteria ſubclavia ſiniſtra.

X Arteria pulmonaris.

Y Arteria cordis coronaria dextra.

Z Vena cordis coronaria dextra; quae in auriculam dextram patet.

a. b Rami arteriae & venae coronariae ſiniſtrae: iidem, qui V. W Fig. 1, Tab. XVI.

FIGURA TERTIA.

Haec partium ordine proxima eſt à quinta. Exhibet eadem viſcera à parte poſteriore, ſitu naturali.

ABBCCD Larynx. A epiglottis. BB cartilago thyreoïdea. C.C cartilagines arytaenoïdeae. D cartilago cricoïdea.

E Aſpera arteria. F pars ejus poſtica tota membranacea. G.G bronchi, qui & ipſi à poſteriore parte membranacei.

HIKLM Pulmones. H.I duae fibrae pulmonis ſiniſtri. K.L.M tres fibrae pulmonis dextri.

NN Diaphragma.

O Foramen, per quod ſtomachus penetrat ad ventriculum.

PP Pericardium, cor continens.

Q Arteria carotis ſiniſtra.

R Arteria ſubclavia ſiniſtra.

S Arteria aorta, quae ſe circum bronchum ſiniſtrum flectit primum, dein demittit.

T.T.T.T Arteriae intercoſtales.

V Vena azyga, quae ſe inflectit circum bronchum dextrum, ac deinde demittit.

Super dextrum truncum Arteriae aſperae, dextrorſum quidem parum, retrorſum vero multum, verſus ſpinam flectitur. De Vena ſine pari, Antigr. XII.

WWW Glandulae bronchiales.

FIGURA QUARTA.

Figura haec ordine partium poſt primam proxime ſequitur; exhibet enim eadem viſcera, pariter à parte priore. Sed remota thymus, remotae & mediaſtini relliquiae; ac pulmones in latera reclinati. Pericardium, vena cava ſuperior, & arteria aorta, ſitu naturali.

ABC Larynx. A epiglottis. B cartilago thyreoïdea. C cartilago cricoïdea.

D Aſpera arteria.

EFGHI Pulmones, in latera reclinati. E.F.G tres fibrae dextri. H.I duae ſiniſtri.

KKK Diaphragma, à thorace per ambitum reciſum.

L Pericardium nudum, cor continens.

MM Pericardii adhaeſio ad diaphragma. N ad venam cavam ſuperiorem. O ad arteriam aortam.

P Vena cava ſuperior.

Q Arteria aorta.

R Arteriae aortae ramus, qui eſt radix communis arteriae ſubclaviae & carotidis dextrae.

S Arteria carotis ſiniſtra.

T Arteria ſubclavia ſiniſtra.

V.V Venae pulmonares, in pulmones ingredientes.

FIGURA QUINTA.


Haec partium ordine proxime poſt ſecundam ſequitur. Pulmones à parte priore exhibet, reclinatos in latera. Sinum praeterea venarum pulmonarium, venas pulmonares quatuor, & arteriam pulmonarem, ſitu naturali.

ABCDEFG Pul-


ABCDEFG Pulmones. A.B.CD tres fibrae pulmonis dextri. E.FG duae fibrae pulmonis ſiniſtri. D.G pars pulmonum inferior ſinuata, diaphragma contingens.
H Arteria pulmonaris: I hic, qua à corde procedit, reſecta.
K.L Rami duo, in quos abit arteria pulmonaris, ad pulmones tendentes.
M Sinus communis venarum pulmonarium. N ejus principium, reſciſſum à corde.
O.P.Q.R Quatuor venae pulmonares. S.S.S.S earum ramoſus in pulmones ingreſſus.

FIGURA SEXTA.


Haec partium ordine proxime poſt tertiam ſequitur. Eodem ſitu exhibet pulmones & cor, cum magnis arteriis & venis.
ABCDE Pulmones. A.B duae fibrae pulmonis ſiniſtri. C.D.E tres fibrae pulmonis dextri.
F Cor.
G Vena cordis coronaria magna, ſiniſtra. Vide c Fig. 2. Tab. XVI.
H Vena cava inferior, infra venam coronariam magnam reciſa.
I Sinus communis venarum pulmonarium.
K.L.M.N Quatuor venae pulmonares.
O.P.Q.R Veſtigia ortus pericardii à venis pulmonaribus quatuor.
De pericardii origine & adhaeſione vide de Vena ſine pari Antigr. x.
S.T Bronchi, juxta ingreſſum in pulmones reſecti.
V Arteria pulmonaris.
W.X Rami arteriae pulmonaris duo, in quos ſe dividit; quorum hic ad dextrum pulmonem tendit, ille ad ſiniſtrum.
Y.Z Veſtigia ortus pericardii à ramis arteriae pulmonaris.
a.a.a.a Rami, in quos ſe dividunt rami duo magni arteriae pulmonaris, ubi in pulmones ingreſſuri ſunt.
bb Arteria aorta.
c Ligamentum, quod fuerat canalis arterioſus in embryone.
d Veſtigium ortus pericardii ab arteria aorta.
e Radix communis arteriae ſubclaviae dextrae & carotidis dextrae.
f Arteria carotis ſiniſtra.
g Arteria ſubclavia ſiniſtra.




I




II



III



IV



V




VI




TAB. XVI.


I



II




III



IV



V



VI



TAB. XVI.



II



I



VI



III



IV



TABULA XVI.

FIGURA PRIMA.

COr cum auricula dextra, arteriisque & venis ſuis, ſitu naturali, à parte priore.

A Cor.
B Auricula dextra.
C Vena cava inferior, reciſa juxta auriculam dextram.
D Vena cava ſuperior.
E. F Venae ſubclaviae.
G. H Venae o. q Fig. 3. Tab. XXVII.
I K Arteria aorta. K ejus curvatura, quem angulum dicunt.
L L Radix communis arteriae ſubclaviae dextrae & carotidis dextrae.
M Arteria ſubclavia dextra.
N Arteria carotis dextra.
O Arteria carotis ſiniſtra.
P Arteria ſubclavia ſiniſtra.
Q Arteria pulmonaris.
R Arteria cordis coronaria minor, ſive dextra, ex arteria aorta oriens, & inter auriculam dextram arteriamque pulmonarem emergens.
S Vena cordis coronaria minor, ſive dextra, in aurem dextram patens.
T Continuatio rami i Fig. 2.
V Continuatio ramorum k Fig. 2.
W Continuatio ramorum l Fig. 2.
X Continuatio rami m Fig. 2.
Y Hic ramus continuatus ramo n Fig. 2.
Z Hic continuatus ramo o Fig. 2.
a Hic continuatus ramo p Fig. 2.
b Hi continuati ramis q Fig. 2.
c Continuatio rami r Fig. 2.
d Continuatio rami s Fig. 2.
e Hic ramus continuatus ramo t Fig. 2.
f Conjunctio venae coronariae dextrae & ſiniſtrae.

FIGURA SECUNDA.

Idem cor à parte poſteriore.

A Cor.
B Auricula ſiniſtra.
C C Auricula dextra.
D Vena cava inferior juxta auriculam dextram reciſa.
E Vena cava ſuperior.
F Venarum cavarum continuatio, cui auricula dextra accreſcit.
G Vena azyga.

Ortus Venae ſine Pari non eſt, ut Veſalius male ſcribit, à dextro Cavae latere, ſed ex poſteriori & humiliori ejus ſede Vertebras reſpiciente; non quidem in centro, ſed dextrorſum magis. De Vena ſine pari Antigr. IV.

H. II Venae ſubclaviae.
K L Arteria aorta. L ejus angulus.
M Radix communis arteriae ſubclaviae dextrae & carotidis dextrae.
N Arteria ſubclavia dextra.
O Arteria carotis dextra.
P Arteria carotis ſiniſtra.
Q Arteria ſubclavia ſiniſtra.
R Arteria aorta deſcendens.
S Truncus arteriae pulmonaris.
T. V Rami duo, in quos arteria pulmonaris ſe dividit, ad pulmones tendentes.
W Sinus communis venarum pulmonarium. X. Y ab utroque latere juxta venas pulmonares reciſus.
Z Arteria cordis coronaria major, ſive ſiniſtra, ex arteria aorta oriens, & inter arteriam pulmonarem ſiniſtramque auriculam emergens.
a. b Rami duo, in quos ſe dividit: a ſuperior idemque minor: b inferior idemque major.
c Vena cordis coronaria major, ſive ſiniſtra, è vena cava inferiore oriens.
d. e Rami, in quos ſe dividit: d ſuperior idemque major: e inferior & idem minor.
f Venae coronariae majoris ramus per ſinum venarum pulmonarium diſtributus.
g. g Venarum conjunctiones.
h Conjunctio rami majoris & minoris venae coronariae majoris.
i Hujus rami continuatio eſt ramus T Fig. 1.
k Horum continuatio ſunt rami V Fig. 1.
l Horum continuatio ſunt rami W Fig. 1.
m Hic continuatur ramo X Fig. 1.
n Hic ramo Y Fig. 1.
o Hic ramo Z Fig. 1.
p Hic ramo a Fig. 1.
q Hi ramis b Fig. 1.
r Hic ramo c Fig. 1.
s Hujus continuatio eſt ramus d Fig. 1.
t Hic continuatur ramo e Fig. 1.

FIGURA TERTIA.

Reſpondet Figurae ſextae Tabulae octavae.

Dextrum cordis ventriculum ſecundum ejus longitudinem inciſum, cum tribus membranis orificio venae cavae praefectis oſtendit; & praeterea internam partem auriculae dextrae, quae à vena cava, qua parte ei adhaeret, diviſa eſt.

A A A A Dexter ventriculus cordis inciſus.
B Interiora dextri ventriculi cordis.
C C D D Oſtium venoſum ventriculi dextri cordis; cujus oſtii ſummae orae continuata C C auricula dextra; & D D vena cava.
E. E. Æ Æ Tres valvulae tricuſpides oſtii venoſi cordis ventriculi dextri: quarum una Æ Æ media diſſecta. F F F earum continua origo ab oſtio illo.

G. G. &c. Co-

G. G. &c. Columnae carneae dextri ventriculi, quae in H. H. &c. tendines abeunt, in diverſa tendentes; quique diverſimode conjuncti inter ſe, ad valvulas tricuſpides pertinent.

I K Auricula dextra. I pars exterior; K interior, concava.

L L L Margo inciſus ob reſectam tum venam cavam ſuperiorem, tum continuationem venarum cavarum, quam ſinum venoſum dextrum vulgo dicunt.

M M M Margo inciſae venae cavae ſuperioris & continuationis cavarum, quam vulgo dicunt ſinum venoſum dextrum.

N Pars interior continuationis cavarum, quam vulgo ſinum venoſum dextrum appellant.

O *Superius orificium venae cavae ad jugulum adſcendentis, quae, ut Galenus ſcribit, ab elatiori auriculae dextrae extremo principium quodammodo ſumere videtur.*

P Vena cava ſuperior.

Q *Membrana artificii, & admirationis plena, nemini Anatomicorum hactenus non incognita; quae foramini venae cavae à jecore adſcendentis, quum primum haec in dextram auriculam degenerat, praefecta eſt, nimirum dimidiatam partem, eamque anteriorem illius occupat, & deinceps* R *reticulum efformat.*

Adhaeret ſane interiori anteriorique Venae Cavae parieti Sternum reſpicienti, ab eaque ſede principium ſumere videtur: ubi autem ad medium fere ambitus foraminis pervenit, in multiplices fibras, eaſque ſatis craſſas, deſinit, quae, ceu reticulum, vario modo complicatae, & intextae reliquum ſemicirculum complent, & toti foraminis capedini ſolute, ac ſine conjunctione obducuntur; ita ut poſſint ab irruente materia hinc inde impelli, atque repelli. De Vena ſine pari, Antigr. XI.

S *Membrana cornutae lunae figuram referens, orificio majoris venae coronariae, ceu operculum ultra medium obducta, quam caeteri Anatomici oſcitanter praetereunt.*

Veſalius --- ignorat cum caeteris Anatomicis ei addictis, oſculum venae Coronariae elegantiſſima membrana, quae dimidiatae Lunae ſpeciem habet, robuſtiori altera earum, quae orificio Cavae in Corde praefectae ſunt, ceu operculo obtegi, & ceu valvula claudi. De Vena ſine pari Antigr. X.

T Oſtium venae coronariae majoris, ſive ſiniſtrae.

V Lunatus ſinulus, qui ſupereſt poſtquam valvula foraminis ovalis continuata parieti intergerino ſinuum venoſorum cordis.

W Arteria aorta.

X Arteria pulmonaris.

Y Cordis pars exterior.

Z Ramus major venae cordis coronariae majoris, ſive ſiniſtrae: cui ramo comes ramus minor arteriae coronariae majoris, ſive ſiniſtrae.

FIGURA QUARTA.

Cor, cujus arteria pulmonaris & ventriculus dexter per longitudinem ſectione una continua inciſa, & quidem à ſiniſtra parte, juxta ventriculum ſiniſtrum: ac poſtea diductus ventriculus una cum arteria.

A A Inciſa arteria pulmonaris.


BBBB Inciſus cordis ventriculus dexter.
CC Interiora ventriculi dextri.
D Interiora arteriae pulmonaris.
E.E.E Tres valvulae ſemilunares, ad oſtium arteriae pulmonaris appoſitae: quae baſibus ſuis affixae cordi; cornubus autem arteriae ipſi.
F Arteria aorta.
G Ramus major venae coronariae majoris, ſive ſiniſtrae: cui ramo comes ramus minor arteriae coronariae ſiniſtrae.
H Exteriora ventriculi ſiniſtri.
I Exteriora ventriculi dextri.

FIGURA QUINTA.


Cor, cui per longitudinem inciſus diductusque ventriculus ſiniſter una cum radice arteriae aortae. Inciſa autem aorta ab illa parte, quae eſt juxta partem priorem auriculae ſiniſtrae.
AA Inciſa arteria aorta.
BBBB Inciſus cordis ventriculus ſiniſter.
CC Interiora ventriculi ſiniſtri.
D Interiora arteriae aortae.
E Oſtium arteriae coronariae dextrae.
F Oſtium arteriae coronariae ſiniſtrae.
G.G.G Tres valvulae ſemilunares oſtii arteriae aortae; baſibus ſuis cordi adnexae, cornubus autem aortae.
H Pars valvulae tricuſpidis oſtii venoſi cordis ventriculi ſiniſtri.
I.I Columnae carneae, à quibus tendines ad valvulam modo dictam porrecti.
K Auricula ſiniſtra.
LL Exteriora cordis ventriculi ſiniſtri.

FIGURA SEXTA.

Cor, cui ſinus venarum pulmonarium ſtatim pone auriculam ſiniſtram diſſectus, ac deinde porro continuata ſectio per ventriculum ſiniſtrum, ad mucronem uſque cordis: poſteaque cor diductum una cum ſinu.
A Auricula ſiniſtra.
B Pars ſinus venarum pulmonarium reſecta ab auricula.
CC Interiora ſinus venarum pulmonarium.
D Lunatus ſinulus, qui ſupereſt poſtquam valvula foraminis ovalis continuata parieti intergerino ſinuum venoſorum cordis.
EEEE Inciſus ventriculus ſiniſter cordis.
FFF Oſtium venoſum cordis ventriculi ſiniſtri: cui oſtio à ſuperiore parte continuatus ſinus venarum pulmonarium cum auricula: ab inferiore
GGG Membrana continua, poſtea abeuns in valvulas tricuſpides duas. H una ex valvulis tricuſpidibus: illa autem, pone quam eſt oſtium arteriae aortae. Alterius, cum oſtio inciſae, ab utraque parte pars dimidia.
I.I Columnae carneae, è quibus tendines naſcuntur, ad valvulas tricuſpides pertinentes.
K Interiora ventriculi ſiniſtri. LL exteriora.



TAB. XVII.



TAB. XVII.

TABULA XVII.

FIGURA PRIMA.

ENcephalus à latere dextro, cum dura matre.
AABB Cerebri hemiſphaerium ſiniſtrum. BB pars, quae reſpicit dextrum.
CCDDD Hemiſphaerium dextrum hinc ex transverſo non longe à corpore calloſo reſciſſum. CC inciſus cortex, una cum interſertis medullae portionibus. DDD inciſa medulla media.
E Corpus calloſum.
FFFF Dura mater quadrifariam inciſa, dependentibus angulis.
G Medulla oblongata.
H Cerebellum.

FIGURA SECUNDA.

AA Cerebellum à ſuperiore parte. Medium autem per longitudinem capitis in duas partes aequaliter diſſectum, deductaeque partes illae à ſe invicem.
BBCCD. BBCCD Cerebelli partes ſectae: in quibus C. C. &c. medullae ramoſus è cortice ortus. D. D trunci, in quos medulla cerebelli colligitur; ad medullam oblongatam accedentes.
EE. EE Truncorum, in quos medulla cerebelli colligitur, partes, quae accedunt ad medullae oblongatae partem priorem. F. F partes, quae ad poſteriorem.
G. H Crura medullae oblongatae hic reſecta.
I Glandula pinealis.
K. K Nates.
L. L Teſtes.
MN. MN Nervi paris quarti, pathetici vulgo, M. M à medulla oblongata pone teſtes orientes.
Nervi, qui prope Cerebri Nates oriuntur, Oſſ. exam.
OOP Pars medullae oblongatae, quae ſubjecta cerebello ſuperimminenti, cum eo efficit ventriculum quartum. P inciſura in ea, quae calamus ſcriptorius dicitur.
QQ Medulla ſpinalis, à parte poſteriore.
R Cauda equina.
1. 2. &c. Nervi è ſpinali medulla orientes.
ST Radices, quibus nervi à medulla ſpinali oriuntur: quarum aliae S naſcuntur è poſteriore parte medullae ſpinalis: aliae T è priore. Ex quo reliquorum intelligi poſſunt.

FIGURA TERTIA.

Cerebri parte ſuperiore ex tranſverſo ad ventriculos anteriores reſecta, pars inferior exhibita, qua parte ſecta eſt.
A. A Cerebri lobi anteriores. B. B poſteriores.

 CCC &c. Cor-

CCC &c. Cortex cerebri inciſus una cum medullae portionibus, quae ipſi interſertae.
DDD &c. Media medulla inciſa.
E Pars, à qua corpus calloſum reſectum.
FGGHH. FGGHH Ventriculi anteriores cerebri.
GG. GG Corpora ſtriata.
HH. HH Plexus choroïdei. Per quos venae decurrunt, crebre conjungentes ſe inter ſe; quaè è ventriculis anterioribus oriuntur. Indicati rami, tum qui è priore parte ventriculorum veniunt, tum qui è poſteriore, tum qui è corporibus ſtriatis.

FIGURA QUARTA.

Haec figura proxime praecedenti in univerſum reſpondet : hoc autem differt, quod fornix à priori parte reſecta, ac deinde cum plexibus choroideis, venisque, quas plexus illi ſuſtinent, in poſteriora reflexa ſit.
A Perſciſſae fornicis pars prior.
B Fornicis pars, quae à parte priore A abſciſſa.
CC Fornicis in poſteriora reflexae pars inferior.
D. D Plexuum choroïdeorum, una cum fornice in poſteriora reflexorum, pars inferior. Cum plexibus reflexae ſunt venae, quae per eos decurrunt, ramis ſuis unitae inter ſe; poſteaque abeunt in truncos E. E, qui ſubeunt fornicis partem priorem, ac deinde F. F ſub fornice retrorſum incedunt ad ſinum quartum durae matris, hoc in decurſu conjungentes ſe ramis ſuis, decurrenteſque per plexum ſub fornice collocatum.
G. Cerebellum, ut videtur.
H. H Teſtes.
I. I Nates.
K Glandula pinealis.
L Fiſſura inter thalamos nervorum opticorum.
M. M Thalami nervorum opticorum.
N. N Corpora ſtriata.

FIGURA QUINTA.

AAAAAA Hinc reſecta cerebri pars ſuperior ſecundum ventriculos anteriores. B. B hinc reſecti lobi anteriores.
C. C Pars ventriculorum anteriorum.
D Fornix: cujus E pars prior reciſa.
F. F Crura fornicis.
G. G Thalami nervorum opticorum.
H. H Hic reciſa crura medullae oblongatae, ſectione oblique inter corpora ſtriata & thalamos ducta.
I Fiſſura inter thalamos nervorum opticorum.
K Continuitas nervorum opticorum.
L. L Nervi optici.

FIGURA SEXTA.

Cerebrum à parte inferiore.

AAAAAA Hinc cerebri pars inferior, à lobis mediis uſque ad poſteriores, reſecta, ſecundum medios ventriculos anteriores.

B.B Ventriculorum anteriorum, qua parte & in lobos poſteriores cerebri, & in medios pertinent, lacunaria.

CD.CD Lobi anteriores cerebri. D.D partes, quibus alter alterum contingit; hic, diductis aliquantum ab inferiore parte lobis, apparentes.

E.E Proceſſus mammillares cerebri: quorum dexter reciſus.

F Fornicis & G corporis calloſi pars inferior. Non diſtincta fornix à corpore calloſo.

H.H Radices fornicis.

I Portio tranſverſa, qua radices fornicis conjunctae. Inter portionem illam & radices fornicis, ſpatium triangulare.

KLM.KLM Nervi optici, perſciſſa continuitate eorum, à ſe mutuo in latera deducti. K.K partes eorum, quae crura medullae oblongatae ambiunt. LL continuitas perſciſſa.

N.N Crura medullae oblongatae reciſa.

OP.OP Thalami opticorum à ſe mutuo ſeparati, & deducti. O.O partes eorum, quae ſunt parietes ventriculi tertii. P.P continuitate thalamorum, qua ſupra ventriculum tertium conjuncti ſunt, perſciſſa, hae ſectae ſunt ſuperficies, à ſe mutuo deductae.

FIGURA SEPTIMA.

Cerebellum à parte inferiore ſimul & aliquantum priore.

AABBCC Cerebelli pars inferior, in qua indicatus varius poſitus inciſurarum, quae in ſuperficie apparent.

D Eminentia annularis, à cujus priore parte reciſa crura medullae oblongatae: à poſteriore medulla oblongata.


E Cerebelli proceſſus vermiformis anterior.

FF Cerebelli pars medullaris, quae ſuperimminens medullae oblongatae, lacunar quarti ventriculi eſt.


G Proceſſus vermiformis poſterior.

H.H An partes illae, quae utrimque à proceſſu vermiformi poſteriore deductae ad cerebellum, lamellis tenuibus ſimiles?


I Cerebelli tuber, ſive proceſſus, qui eſt pone proceſſum vermiformem poſteriorem.



TAB. XVIII.



TAB. XVIII.



TABULA XVIII.

FIGURA PRIMA, TERTIA, QUARTA, ET QUINTA.

QUatuor hae Figurae reſpondent ſibi invicem, hoc differentes, quod in tertia, quarta, & quinta ſeorſim aliqui tantum nervi exhibeantur ex illis, quos Figura prima ſimul omnes continet: reliqui enim in Figura tertia, quarta, & quinta reſciſſi, quo appareant illi, qui ex prima ob multitudinem illam nervorum cognoſci facile nequeunt.

Encephalo cum principio medullae ſpinalis per longitudinem mediam diſſectis, partes dimidias ab inferiore parte exhibent, una cum nervis.

Figura 1. 3. 4. 5. a Proceſſus mammillaris.

1. 3. 4. 5. b c d Nervus opticus. c pars ejus, quae eſt ante continuitatem opticorum. d continuitatis illius, mediae per longitudinem diviſae, pars dimidia.

1. e Retina.

4. 3. 1. 5. f Truncus nervi tertii paris cerebri, quod par oculos motorium dicitur; juxta partem priorem eminentiae annularis oriens. Ramos producit

4. 3. 1. g ad Rectum adducentem oculi pertinentem.

4. 3. 1. h ad Obliquum inferiorem oculi.

4. 3. 1. i ad Rectum deprimentem oculi.

4. 3. 1. k qui in duos abit, quorum

4. 3. l alter ad Rectum attollentem oculi,

4. 3. m alter ad Levatorem palpebrae ſuperioris pertinet.

5. 3. 1. 4. n Nervus quarti paris cerebri, quod par patheticum dicunt, ad Obliquum ſuperiorem oculi pertinens.

4. 1. 3. 5. o Nervus ſexti paris cerebri, ad Rectum abducentem oculi; oriens juxta priorem partem corporis olivaris & pyramidalis.

1. 4. p Nervi intercoſtalis ramus, qui ſe cum nervo ſexti paris cerebri conjungit. Vide ξ. ξ Fig. 2.

1. 3. 4. 5. q Truncus nervi quinti paris cerebri, naſcens è latere eminentiae annularis. Dividit ſe in tres ramos, primum, ſecundum, tertium.

5. 3. 1. 4. r Truncus primi rami nervi quinti paris cerebri, qui ramus ophthalmicus appellatur.

5. 3. 1. s Ophthalmici ramus, qui decurrit per interiorem partem cavi oſſei oculi, juxta naſum, ramosque producit t. u w. x: quorum

5. 3. 1. t an ad nervos ciliares pertinet?

5. 3. 1. u w per foraminulum, quod eſt ad commiſſuram oſſis frontis cum plano, è cavo oſſeo oculi elabitur in ſinum frontalem, ex eoque in cavum calvariae, poſt u per foramen oſſis cribriformis in naſum penetrat.

5. 3. 1. x ex angulo majore oculi exit, ſeſeque ad radicem naſi ſurſum flectit ad frontem.

5. 3. y (idem 1.) Ophthalmici bipartitio in ramos z. A B: quorum

5. 3. 1. z juxta angulum majorem oculi exit ad frontem.

5. 3. 1. A B mododictum fere ad ſupercilium uſque proxime comitatus, exit è foramine ſupercilii, B flectitque ſe ad frontem, ubi eſt a Tab. XIX. N°. 2.

1. 3. 4. 5. C Secundus ramus nervi quinti paris cerebri. Ramos producit

1. D palatinum, qui ſe primum demittit per canalem, factum ab oſſe maxillari ſuperiore & palati : ex eoque exeuns E flectit ſe in priora ad palatum, per idque decurrit.
1. F naſalem, qui penetrat in poſteriorem partem naſi, per foramen quod efficitur ab oſſe palati & à multiformis baſi ad partem naſi poſticam & eandem ſuperiorem lateralemque.
1. G orbitalem, qui per inferiorem partem cavi oſſei oculi decurrit, ac foramine infraorbitali exeuns, H flectit ſe, ramosque diſtribuit per profunda illius partis faciei, quae infra oculum eſt: ubi expreſſit Tab. XIX. N°. 2. b.
1. 3. 4. 5. I Tertius ramus nervi quinti paris cerebri, qui ſe dividit in K anteriorem, & L poſteriorem.
1. 3. 4. 5. K Ramus anterior tertii rami nervi quinti paris cerebri producit
4. 1. 5. M ramum, qui per exteriorem partem Buccinatoris decurrit.
5. 1. 4. N ad Temporalem.
4. 1. 5. O ad Pterygoïdeum externum.
4. 1. 5. P ad Maſſeterem.
1. 3. 4. 5. L Ramus poſterior tertii rami nervi quinti paris cerebri producit
3. 1. Q ramum lingualem.
3. 1. R maxillarem, qui intrat canalem maxillae inferioris, per eumque decurrit.

Raras propagines emittit, ne dicam ullas. De Dent. Cap. XX.

3. 1. S Nervus, qui à maxillari R, antequam is intret canalem maxillae, abſcedit, decurritque per interiorem partem maxillae in priora, ad Mylohyoïdeum, Biventris ventrem ſecundum, &c.
1. 3. T Chorda tympani, conjuncta ab una parte cum ramo maxillari R: ab altera cum portione dura ſeptimi paris nervorum cerebri Z.

Ab altero ejusdem viſceris (cerebri) *quarti jugi nervorum ramo exilis quaedam propago, reflexo itinere juxta illum, quem modo deſcripſi, oſſeum canalem, Aurium cavum, in quo oſſicula Auditus continentur, ingreditur, & oblique Tympano, ac deinde oſſiculo malleum imitanti ſupra muſculi inſertionem adhaereſcit, nec ibi deſinit, ſed ulterius procedens Os lapideum in poſteriori ſede Meatus Auditorii perforat, deorſumque reflexa parumper repit, ac tandem cum tenuiori duriorique ramo quinti paris nervorum Cerebri jungitur, & coit.* De Aud. org.

1. 3. V Rami L poſterioris tertii rami nervi quinti paris cerebri ramus, qui ſe cum portione dura ſeptimi paris nervorum cerebri conjungit.
1. 3. 4. 5. W Septimi paris nervorum cerebri, qui auditorii dicuntur, portio dura, oriens à priore parte lateris externi corporis olivaris. Primum autem
1. X comes portionis mollis, cum ea decurrit per canalem communem in oſſe petroſo. Dein exit ex eo, flectitque ſe Y, ingreſſura aquaeductum Falloppii. Per quem dein decurrit Z; & in itinere conjungit ſe cum chorda tympani. Poſt ubi exiit, conjungit ſe α cum ramo V tertii rami quinti paris nervorum cerebri.
1. 3. 4. 5. γ Septimi paris nervorum cerebri, qui auditorii vocantur, portio mollis, oriens à priore parte corporis olivaris, propter externum latus portionis durae.

Quintum nervorum Cerebri jugum ex duobus tantum nervis, ut alii arbitrantur, minime conſtat, ſed duas utrimque propagines inaequales habet, quarum

rum major ſecundum longitudinem, inſtar ſemicirculi eleganter excavatur, minoremque, quod alios fugit, amice ſuſcipit & amplectitur, eoque modo ambae ſimul junctae oblique in anteriorem & exteriorem partem, uſque ad extremum ſinus in oſſe Petrae ſimili earum gratia exſculpti, procedunt; ubi minor propago à majore recedens, parvum foramen ſibi paratum invenit, & ingreditur, mireque admodum flexuoſo inceſſu, de quo nunc loqui non eſt opportunum, extra calvariam elabitur; major autem propago videtur in tres portiones parum invicem diſtantes terminari, ex quibus praecipua exiguo foramine, in Cochleatum os pervio, obducitur. De Aud. org.

1. δ Cochlea eſſe videtur, ad quam portio mollis pertineat.

1. 3. 4. 5. ε Nervus octavi paris cerebri, à latere externo corporis olivaris aliquot principiis oriens.

1. 3. ζηθι Nervus ſpinalis recurrens, ζ. η. θ tribus principiis oriens, ac ι poſt ſe cum trunco paris octavi nervorum cerebri conjungens.

Tres propagines ſexti jugi nervorum Cerebri à Medulla Spinali principium ſumentes. Oſſ. exam.

1. 3. 4. 5 κ Nervus noni paris cerebri, aliquot principiis oriens à poſteriore parte lateris externi corporis pyramidalis.

1. 3. 4. 5. λ Nervorum ſpinalium primus.

1. 3. 4. 5. μ Nervorum ſpinalium ſecundus.

1. 3. 4. 5. ν Nervorum ſpinalium tertius.

1. 3. 4. 5. ξ Medulla ſpinalis.

1. 3. 4. 5. ο Corpus pyramidale.

1. 3. 4. 5. π Corpus olivare.

1. 3. 4. 5. ϱ Truncus medullaris, à cerebello ad medullam oblongatam accedens, efficiensque eminentiam annularem.

1. 3. 4. 5. σ Eminentia annularis.

1. 3. 4. 5. τ Crura medullae oblongatae.

1. 3. 4. 5. υ Spatiolum, inter eminentias candicantes, crura medullae oblongatae, & eminentiam annularem.

1. 3. 4. 5. φ Eminentia candicans, pone infundibulum.

1. 3. 4. 5. χ Corpus cinereum, in angulo poſteriore continuitatis nervorum opticorum, inter crura medullae oblongatae ſitum. In eoque tertii ventriculi cerebri oſtium imum, unde infundibulum procedit.

1. 3. 4. 5. ψ. ω Cerebri lobi, ψ prior, ω medius.

1. 3. 4. 5. Γ Cerebellum.

FIGURA SECUNDA.

A A. A A. B. B Cerebrum à parte inferiore. A A. A A lobi priores, B. B medii.

C C Cerebellum, à parte inferiore.

D. D Extremi proceſſus transverſi atlantis.

E. E Eminentes margines illorum ſinuum atlantis, qui recipiunt & ſuſtinent proceſſus coronoïdeos oſſis occipitis.

F. F Trunci medullares, qui à cerebello ad medullam oblongatam accedunt, efficiuntque eminentiam annularem.

G. G Corpora pyramidalia.

H. H Corpora olivaria.

III Eminentia annularis.

K. K Crura

K. K Crura medullae oblongatae.

L Sinus inter eminentiam annularem, crura medullae oblongatae, & eminentias candicantes.

M Eminentiae candicantes, pone infundibulum ſitae.

N Corpus cinereum, quod in angulo poſteriore continuitatis nervorum opticorum poſitum, inter crura medullae oblongatae. In quo corpore oſtium imum ventriculi quarti cerebri, à quo oſtio procedit infundibulum.

O. O Proceſſus mammillares.

P. P Nervi optici. Q eorum continuitas.

R R. R Iidem, antequam ſe continuent.

S. S Tertium par nervorum cerebri, quod oculos motorium dicunt, juxta priorem partem eminentiae annularis oriens.

T. T Quartum par nervorum cerebri, quod patheticum appellant.

V. V Quintum par nervorum cerebri, oriens è latere eminentiae annularis.

W. X. Y: W. X. Y tres rami, in quos ſe findit: W primus, X ſecundus, Y tertius.

Z. Z Sextum par nervorum cerebri, oriens juxta priorem partem corporum olivarium & pyramidalium.

a a. a a Septimi paris nervorum cerebri portiones durae, orientes à priore parte lateris externi corporum olivarium.

b. b Portiones molles ſeptimi paris nervorum cerebri, orientes à latere corporum olivarium, ſtatim pone portiones duras.

c. c Cochleae eſſe videntur, ad quas portiones molles pertineant.

d. d Par octavum nervorum cerebri, aliquot principiis oriens à poſteriore parte lateris externi corporum olivarium.

e. e Nervi ſpinales recurrentes, ſe ad par octavum nervorum cerebri adjungentes.

f. f Octavi paris nervorum cerebri trunci, conjuncti cum truncis ſpinalium recurrentium.

g g. g Spinales recurrentes, poſtquam ab octavo pari nervorum cerebri ſeceſſere.

h Spinalis recurrentis ramus, qui pertinet ad Cleidomaſtoïdeum & Sternomaſtoïdeum.

i Spinalis recurrentis ramus, quo conjunctus cum pari tertio cervicalium. Confer h Tab. XIX. N°. 2.

k Spinalis recurrentis ramoſus finis, quo praecipue ad Cucullarem pertinet.

l l l. l l l Trunci paris octavi nervorum cerebri.

m. m Octavi paris nervorum cerebri rami linguales, qui praecipue ad linguae radicem pertinent; itemque ad vicinam pharyngis partem, &c.

n. n Octavi paris nervorum cerebri rami laryngaei ſuperiores, qui inter os hyoïdes & cartilaginem thyreoïdeam penetrant in interiora laryngis: ubi o ſe conjungit cum laryngaeo recurrente.

p Laryngaeus recurrens, ſive inferior, dexter, gemino principio oriens à dextro nervo octavi paris cerebri.

q Laryngaei recurrentis dextri conjunctio cum nervo intercoſtali dextro.

r Laryngaeus recurrens, ſive inferior, ſiniſter, gemino pariter principio oriens à ſiniſtro nervo octavi paris cerebri; ſed demiſſius quam dexter.

s Nervus, quo cardiacus ſiniſter conjungitur cum laryngaeo recurrente ſiniſtro.

t Laryngaeorum recurrentium finis ramoſus, quo pertinent ad glandulam thy-

thyreoïdeam, pharyngem, Cricoarytaenoïdeos poſticos, Arytaenoïdeos, Thyreoarytaenoïdeos.

u w x Nervus cardiacus dexter, duobus oriens principiis, w altero à laryngaeo recurrente dextro, x altero à dextro nervo octavi paris cerebri.

y z α Nervus cardiacus ſiniſter, principiis oriens duobus, z altero à nervo ſiniſtro octavi paris cerebri, α altero à nervo intercoſtali ſiniſtro, ut ex figura apparere videtur.

β Nervus, quo cardiaci conjuncti inter ſe.

γ Cardiacorum ramoſus finis, quo ad cor, partesque ejus pertinent.

δ. δ δ Nervi pneumonici, orientes ab octavo pari nervorum cerebri.

ε. ζ: ε. ζ Octavi paris cerebri nervorum diviſio in duos ramos, rurſus deinde confluentes, ac ſic inſulam quandam efficientes; quarum ſiniſtra minor.

η. η. η Rami, quibus trunci octavi paris cerebri conjunguntur inter ſe, tum ante ſtomachum, tum pone.

θ Trunci ſiniſtri octavi paris cerebri ramus, qui per ſuperiorem partem ventriculi decurrit à ſtomacho ad pylorum, ramosque ventriculo dat, priori maxime parti ejus.

ι Trunci ſiniſtri nervorum cerebri octavi paris ramoſus finis, ad ſiniſtram & eandem priorem partem ventriculi pertinens, juxta finem ſtomachi.

κ Trunci dextri nervorum cerebri octavi paris ramoſus finis, ad ſiniſtram & eandem poſteriorem partem ventriculi, quae eſt juxta finem ſtomachi, pertinens.

λ Trunci dextri nervorum cerebri octavi paris ramus, qui reſpondet ramo θ ſiniſtri, eodem modo decurrens, ramosque dans poſteriori maxime parti ventriculi.

Nervus ſexti jugi eorum, qui à Cerebro proficiſcuntur, propagines tum ori ventriculi offert, tum aliis viſceribus diſtribuit. De Dent. Cap. xxv.

μ Dexter truncus pone ventriculum deſcendens; ac deinde ν conjungens ſe cum nervo intercoſtali ſiniſtro.

ξ. ξ Summum nervorum intercoſtalium principium, quo conjuncti cum ſexto pari nervorum cerebri.

ο. π: ο. π Rami duo, in quos ſe findunt trunci nervorum intercoſtalium, poſt rurſus coëuntes in unum, ac ſic fiſſuram efficientes, per quam incedit arteria carotis interna, qua una cum his ramis continetur in canali oſſis petroſi, per quem in cranium penetrat.

ϱ. ϱ Trunci nervorum intercoſtalium.

Nervi, qui juxta Spinam procedunt. Oſſ. exam. ut videtur.

σ. σ Nervorum intercoſtalium ganglia cervicalia ſuperiora.

τ τ τ τ τ. τ τ τ τ τ τ Trunci nervorum intercoſtalium, qua ſe ſecundum ſpinam, per collum, thoracem, abdomen, pelvem, demittunt.

υ. υ. &c. Ganglia nervorum intercoſtalium. Quorum tantummodo aliquibus litterae inſcriptae, ne obrueretur figura.

φ. φ. φ. &c. Rami, quibus nervi intercoſtales cum nervis ſpinalibus conjunguntur.

χ. χ: χ. χ Extremorum nervorum intercoſtalium conjunctio cum primo & ſecundo trunco nervorum per os ſacrum à priori parte exeuntium.

ψ. ψ. ψ. ψ. ψ. ψ: ψ. ψ. ψ. ψ. ψ. ψ Nervorum intercoſtalium rami, qui ſimul efficiunt

ω. ω ω truncos inſignes, qui ſe ſecundum corpora vertebrarum dorſi demit-

tentes, per diaphragma penetrant, poſteaque commiſcentur & conjunguntur, Γ.ν uterque cum dextro nervo paris octavi cerebri: Δ ac dexter cum ſiniſtro.

Θ.Θ Nervorum intercoſtalium rami, qui ſe cum ramis truncorum ω.ω conjungunt.

A nervorum intercoſtalium truncis ω.ω, octavo pari nervorum cerebri, eorumque ramis, & conjunctione, proveniunt ſequentes nervi ad renes, renes ſuccenturiatos, hepar, lienem, ventriculum, inteſtina, &c. pertinentes.

A varia complicatione nervorum, quae fit circa principia arteriarum Meſenterii, non pauci nervorum ſurculi vario modo invicem mixti oriuntur, quorum pars in Hepar juxta ingreſſum Venae Portae, atque in ejus veſicam inſeritur, pars Renes & incumbentes eis glandulas adit, & hiſce particulis, non modo exteriori in ſede ſurculos offert, verum etiam quidam ex eis una cum arteriis cavum Renum ſubeunt, & in ipſorum corpus digeruntur. De Renib. Cap. XXI.

ΛΛΛΛ Rami ad hepar; unde multi etiam ad duodenum. Apparet ramorum conjunctio.

ΞΞ Nervus gaſtro-epiploïcus dexter, qui ſecundum ventriculi fundum, qua omentum ipſi adhaeret, à dextra parte incedit. Ramos producit Π.Π.Π ad ventriculum pertinentes, Σ.Σ.Σ.Σ.Σ ad omentum.

UUU Nervus ad renem dextrum, & ad ſuccenturiatum; ut puto.

ΦΦ Rami ad lienem, puto.

Ψ Nervus gaſtro-epiploïcus ſiniſter, qui ſecundum ventriculi fundum, ubi omentum ipſi affixum, à ſiniſtra parte incedit, ramosque dat Ω.Ω ventriculo, 1.1. &c. omento.

2.2.2.2 Rami, puto, ad renem ſiniſtrum, & renem ſuccenturiatum.

3.3.3:3.3.3 Rami, qui comites vaſorum ſpermaticorum, ad teſtes pertinent.

4.4.4. &c. Rami ad meſenterium & inteſtina, ut puto.

5.5.5. &c. Rami, qui paſſim ſe inter ſe conjungentes, ſecundum corpora vertebrarum lumborum & oſſis ſacri, ad imam pelvem ſe demittunt; ubi ramis, quos emittunt, ſe conjungunt, 6 cum tertio pari eorum, qui ex oſſis ſacri foraminibus prioribus exeunt; & 7 cum quarto.

8.8.8. &c. Rami, quos rami 5.5 accipiunt à truncis nervorum intercoſtalium.

9.9.9. &c. An rami ad meſocolon, colique partem ſiniſtram?

10.10:10 Nonum par nervorum cerebri, quod linguale dicunt, aliquot principiis oriens à latere corporum pyramidalium.

11 Trunci noni paris nervorum cerebri ramoſus finis, quo pertinet ad Biventrem maxillae, Hyogloſſum, Geniohyoïdeum, Geniogloſſum, linguam, &c.

12.12 Nervi noni paris cerebri ramus inſignis, qui ſe per collum demittit, ſuisque ramis pertinet ad Sternothyreoïdeum, Coracohyoïdeum, Sternohyoïdeum, &c.

13 Ramus, quo nervorum cervicalium ſecundus conjunctus cum ramo illo 12 nervi noni paris cerebri.

14.14. &c. Nervi cervicales. 14.14 ſecundi: 15.15 tertii: 16.16 quarti: 17.17 quinti: 18.18 ſexti: 19.19 ſeptimi: 20.20 octavi.

21 Ramus, quo ſe nervorum cervicalium ſecundus cum tertio conjungit.

22.22 Rami, quibus nervorum cervicalium tertii cum quartis ſe conjungunt.

23 Ramus

23 Ramus nervorum cervicalium quarti, qui accedit ad ſpinalem recurrentem. Vide b Tab. xx. N°. 2.

24. 25: 24. 25 Nervorum diaphragmaticorum principia: 24 à nervorum cervicalium quarto, 25 à quinto.

26. 26 Nervi diaphragmatici. Quorum dexter rectius deſcendit, non impeditus à corde: ſiniſter autem, ut cor oblique in ſiniſtram partem deorſum porrectum, ita etiam oblique deflectit.

27. 27 Nervorum diaphragmaticorum ramoſus finis in diaphragmate.

28. 28 Nervorum cervicalium quatuor inferiorum, & primi dorſalium, implicatio & commiſtio, unde brachiales deinde fiunt.

29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38: 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 39 Nervi dorſales.

40. 41. 42. 43. 44: 40. 41. 42. 43. 44 Nervi lumbales.


45. 46. 47. 48: 45. 46. 47. 48 Nervi oſſis ſacri.

49 Ramus, quo nervus ſecundus oſſis ſacri conjunctus cum tertio.


50. 50: 51. 51 Nervi, 50. 50 ab ultimis lumbalium, 51. 51 à quartis; qui conjuncti inter ſe, accedunt ad ſacri nervos primos, tres in dextro latere, duos in ſiniſtro, ad efformandos nervos iſchiadicos.

52. 52 Nervi iſchiadici.


Vertebris, & ligamentis earum intermediis, oſſique ſacro & coccygi, litteras non inſcripſi, cum & per ſe ſatis cognoſci queant, & notarum nimis jam plenam iconem hanc magis obruere non conveniat.




TAB. XVIIII. Nº 1.



TAB. XVIIII. N° 2.



TAB. XVIIII.



TABULA XIX.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Maſſeter.
b Oſſeus auris introitus.
c Rectus lateralis capitis.
d Trachelomaſtoïdeus.
e Splenius capitis.
f. f Levatores ſcapularum.
g. g Aut Scaleni medii, aut locus eorum.
h h Rectus internus major capitis.
i. i. i. &c. Proceſſus transverſi vertebrarum colli ſeptem.
k Longus colli.
l. l. l. l. l. l. l Septem colli vertebrae.
m. m. &c. Duodecim vertebrae dorſi.
n. n. &c. Quinque vertebrae lumborum.
o Os ſacrum.
p Coccygis os primum.
Ligamenta inter corpora vertebrarum intercedentia per ſe apparent.
q. q. &c. Coſtae.
r. r. &c. Intercoſtales interni.
s. s. &c. Intercoſtales externi: certe locus eorum.
t Serratus magnus.
u Latiſſimus dorſi.
v w Obliquus externus abdominis. w inverſi pars interior.
x Obliqui interni abdominis inverſi pars interior.
y z. z Transverſi abdominis. y pars exterior, z interior.
A Quadratus lumborum.
B. B Pſoae magni. Dexter truncatus.
C. C Criſtae oſſium ilium.
D. D Iliaci interni.
E Videtur indicare voluiſſe membranam tenuem & tendinoſam, quae nervo hic adhaerens, ſuperinducta vicinae parti Iliaci interni.
F. F Glutei minores.
G Trochanter major.
H. H Oſſa pubis.
I Synchondroſis pubis.
K Obturator externus.
L Obturator internus.
M N Adductores breves femorum, hic conſtantes è partibus duabus. In dextro femore truncatae.
O. O Pectinei, truncati.
P. P Adductores longi femorum, truncati.
Q. Q Adductores magni femorum.
R Gracilis.
S. S Vaſti interni.
T. T Crurales.

V. V Vasti externi.
W X Rectus cruris. W in exteriora inversi pars interior.
Y. Y Rectorum crurum extremi tendines truncati & deorsum inflexi.
Z. Z Extrema communia Vastorum & Rectorum.
α α. α α Fibulae.
β Gracilis tendo.
γ. γ Semitendinosorum tendines.
δ. δ Gemelli crurum.
ε Plantaris.
ζ. ζ Solei.
η η. η Tibiae.
θ ι. θ ι Extensores longi digitorum pedum. θ. θ in exteriora inversorum partes interiores.
κ. κ Peronei longi.
λ. λ Peronei breves.
μ. μ Extensores longi pollicum pedum.
Extremis pedibus ossa tarsi & metatarsi ruditer inscripta.
ν Pectoralis, à pectore separati & inversi, pars interior.
ξ Serrati antici, à pectore separati & inversi, pars interior.
ο Deltoïdes.
π Supraspinatus.
ϱ Processus coracoïdeus.
σ Subscapularis.
ς Bicipitis brachii caput brevius, truncatum.
ϛ Os humeri.
τ. τ Coracobrachiales.
υ φ. υ φ Tricipites brachiorum. υ. υ partes, quae Longi dicuntur: φ. φ partes, quae Brachiales externi.
χ. χ Brachiales interni.
ψ Tricipitis brachii pars, quae Brevis dicitur.
ω Condylus major ossis humeri.
Γ. Γ Supinatores longi, truncati.
Δ. Δ Radiales externi.
Θ. Θ Supinatores breves.
Λ. Λ Flexores longi pollicum manuum.
Ξ. Ξ Profundi.
Π Ulnaris interni, non longe ab extremo truncati, & inversi, pars interior.
Σ. Σ Abductores longi pollicum manuum.
Φ Extensor minor pollicis manus.
Ψ Extensor major pollicis manus.
Ω Tendines Radialium externorum.
1 Supinatoris longi truncati extremum.
2 Opponens pollicis manus.
3 Flexor brevis pollicis manus.
4 Carpi ligamentum armillare interius.
5. 5. 5. 5. 5 Sublimis tendines, truncati.
6 Ulnaris interni extremum truncatum.
7 Abductor digiti minimi manus.

N°. 2. NERVI.

Nervos interiores exhibet, ut ſecundum muſculos, oſſa, &c. deducti ſunt.

a Primi rami quinti paris nervorum cerebri, qui ophthalmicus dicitur, ramus ex cavo oſſeo oculi exeuns, ſeſeque ad frontem flectens. Eſt B Fig. 5. 3. 1. Tab. XVIII.

b Secundi rami quinti paris nervorum cerebri ramus orbitalis, ex foramine infraorbitali exeuns, & per profunda faciei partis illius, quae infra oculum eſt, ramos diſtribuens. Eſt H Fig. 1. Tab. XVIII.

c Rami maxillaris tertii rami quinti paris nervorum cerebri ramus, è canali maxillae inferioris à latere menti exeuns, & ramos per mentum labiumque inferius diſtribuens.

Poſtquam à Molaribus ad minores Dentes deſcenſum eſt, nervus cum arteria, quae illum comitatur, bipartito ſcinditur, cujus pars una per foramen eo loco ſculptum, ad labium inferius emergit; --- quod quidem etiam in Homine ab his, qui ſectionem docte & accurate tractant, cerni non difficulter poteſt. De Dentib. Cap. XXI.

d Truncus octavi paris nervorum cerebri cum nervo ſpinali recurrente conjunctus, ut f Fig. 2. Tab. XVIII.

e Octavi paris nervorum cerebri truncus reſciſſus.

f Nervus ſpinalis recurrens. g ramus ejus ad Cleidomaſtoïdeum & Sternomaſtoïdeum pertinens. Eſt h Fig. 2. Tab. XVIII.

h Nervi ſpinalis recurrentis conjunctio cum tertio nervorum cervicalium. Eſt i Fig. 2. Tab. XVIII. Poſt ſpinalis recurrens retrorſum procedit; vide a Tab. XX. N°. 2.

iii Nervus intercoſtalis ſiniſter.

k Nervi intercoſtalis ganglium cervicale ſuperius.

l Ramus nervorum cervicalium ſecundi, ad ganglium k accedens.

m Ramus nervorum cervicalium primi, ad idem ganglium k.

n. o Rami à nervis cervicalibus ad nervum intercoſtalem accedentes.

p Nervi intercoſtalis ganglium in principio thoracis. Sequentibus, cum per ſe appareant, notas non adſcripſi.

q. q. &c. Rami, quibus nervus intercoſtalis conjunctus cum nervis ſpinalibus; nempe cervicalium ſeptimo & octavo, coſtalibus & lumbalibus omnibus. Quorum illi, quibus conjunctus cum coſtalium infimo & lumbalium proximis quatuor, per Pſoam magnum penetrant.

r. s Extremus nervus intercoſtalis, pertinens ad oſſis ſacri nervum primum r, & ſecundum s.

t Nervus inſignis, juxta dorſi vertebras oriens à nervo intercoſtali; hic quidem principiis ſex, juxta ramos, quibus intercoſtalis conjunctus cum dorſalium quarto, quinto, ſexto, ſeptimo, octavo, nono. Eſt ω ω Fig. 2. Tab. XVIII. Qui nervus, hic truncatus, per diaphragma penetrat in abdomen, ubi ſe cum octavo pari nervorum cerebri, & cum aliis nervi intercoſtalis ramis conjungit, &c. vide Tab. XVIII. Fig. 2.

u Nervi intercoſtalis ramus Θ Fig. 2. Tab. XVIII.

w. w. &c. Rami, quibus nervus intercoſtalis dexter conjunctus cum ſpinalibus. Vide φ. φ. &c. Fig. 2. Tab. XVIII.

x. y Intercoſtalis dextri rami, qui r. s ſiniſtri.

z. z Rami, qui 6 Fig. 2. Tab. XVIII.

A. A Rami, qui 7 Fig. 2. Tab. XVIII.

B. B Nervorum cervicalium ſecundi.

C. C Rami, quibus nervorum cervicalium ſecundi cum tertiis conjuncti.

D. D Nervorum cervicalium tertii.

E. E Rami, quibus nervorum cervicalium tertii cum quartis conjuncti.

F. F Nervorum cervicalium quarti.

G. G Nervorum cervicalium quinti.

HIK. HIKL Nervi diaphragmatici, duobus principiis orientes, altero H à nervorum cervicalium quarto, altero I à quinto. K. K trunci eorum, quorum ſiniſter, ob mucronem cordis in ſiniſtram vergentem, ſiniſtrorſum deflectit. L dextri ramoſus finis in diaphragmate. Vide 24. 25. 26. 27: 24. 25. 26. 27 Fig. 2. Tab. XVIII.

M. M Nervorum cervicalium ſexti.

N. N Nervorum cervicalium ſeptimi.

O. O Nervorum cervicalium octavi.

P. P Nervorum dorſalium primorum rami ad cervicalium octavos accedentes. Confer 29. 29 Fig. 2. Tab. XVIII.

Q. R. &c. Nervorum dorſalium rami coſtales, qui ſecundum coſtas incedunt. Q. Q primi, R. R ſecundi, S. S tertii, T. T quarti, U. U quinti, V. V ſexti, W. W ſeptimi, X. X octavi, Y. Y noni, Z. Z decimi, α. α undecimi, β. β duodecimi. Undecim primi in ſiniſtro latere ſubeunt muſculos Intercoſtales internos, quibus in dextro remotis, apparet decurſus illorum ramorum inter muſculos Intercoſtales internos externoſque. Ramos producunt, quorum alii ad Intercoſtales muſculos pertinent, alii ad exteriora penetrant. Duodecimi autem primum poſt Pſoas magnos, dein ſecundum internam partem Quadratorum lumborum & Transverſorum abdominis decurrunt: quod in latere ſiniſtro exhibitum.

γ An nervi coſtalis primi?

δ Nervi coſtalis ſecundi ramus, qui per muſculum Intercoſtalem externum penetrat ſtatim ſub primo initio capitis Serrati magni, quod à coſta ſecunda procedit: ac deinde ſe ſecundum idem illud caput retrorſum flectit, poſteaque per exteriora Latiſſimi dorſi ſub cute excurrit.

ε Similis ramus nervi coſtalis tertii, ſimili modo penetrans, procedensque.

ζ Similis ramus nervi coſtalis quarti, qui ſub cute partim ſe retrorſum flectit, partim in priora deorſum.

η Similis ramus nervi coſtalis quinti, qui penetrat primum per muſculum Intercoſtalem externum, dein per caput Obliqui externi, quod à coſta quinta; decurritque ſub cute.

θ. ι. κ Nervorum coſtalium ſeptimi θ, octavi ι, noni κ, rami ad internam partem Obliqui externi abdominis.

λ Nervi coſtalis decimi ramus, qui poſtquam per muſculum Intercoſtalem externum & per Transverſum penetravit, inter Transverſum & Obliquum internum procedit in priora ad Rectum, atque ex eo etiam per aponeuroſes Obliquorum exit ad loca ſub cute.

μ Nervi coſtalis undecimi ramus, qui decurrit ut decimi λ.

ν Nervi coſtalis decimi ramus ad interiora Obliqui interni.

ξ Nervi coſtalis undecimi ramus ad interiora Obliqui interni.

ο. π Nervi coſtalis, ut videtur, duodecimi rami, qui decurrunt inter Transverſum & Obliquum internum.

ϱ Ner-

ϱ Nervorum lumbalium, ut videtur, primi ramus, qui decurrit inter Transverſum & Obliquum internum.

σ. σ Nervorum coſtalium duodecimorum rami, qui per Transverſos abdominis penetrantes fiunt δ ε. δ ε Tab. xx. N°. 2: & in priora procedentes, rami ο. π eſſe videntur.

τ. τ Nervorum lumbalium primi.

υ Nervorum lumbalium primi ramus, qui per Transverſum abdominis penetrans, fit ζ Tab. xx. N°. 2. & in priora procedens, videtur ramus ϱ eſſe.

φ Nervorum lumbalium ſecundus. Ejus duo reciſi rami, ſunt radices nervi Ψ.

χ Conjungit ſe nervorum lumbalium ſecundus cum lumbalium tertio, & cum radice ſuperiore nervi 1.

ψ Nervus, cui Φ adſcripta in latere ſiniſtro, gemina hic radice oriens, altera à nervorum lumbalium primo, altera à ſecundo.

ω Nervorum lumbalium tertius.

Γ Nervorum lumbalium quartus.

Δ Ramus, qui à nervorum lumbalium quarto accedit ad nervum iſchiadicum.

Θ. Θ Nervorum lumbalium quinti.

Λ. Λ Primi nervorum oſſis ſacri.

Ξ. Ξ Secundi nervorum oſſis ſacri. Dexter cum tertio conjunctus ramo intermedio.

Π. Π Tertii nervorum oſſis ſacri.

Σ. Σ Quarti nervorum oſſis ſacri.

Φ Nervus, cujus ortus indicatus in dextro latere ψ, ex Pſoa magno emergens, cum eoque deſcendens ad inguen, ante tamen fiſſus in duos, qui fiunt ſubcutanei H. I Tab. xxi. N°. 2. in femore ſiniſtro.

Ψ Nervus, qui gemina radice oritur à nervorum lumbalium ſecundo φ, ubi radices illae reciſae. Hic nervus eſt nervus Ω Tab. xxi. N°. 2.

Ω Nervi cruralis ramus, qui ſe cum nervo Ψ conjungit in unum. Eſt G Tab. xxi. N°. 2.

1. 1 Inſignis ab utroque latere nervus, qui duabus radicibus, altera à lumbalium ſecundo & tertio, altera à quarto ortus, deſcendit primum ſub Pſoa magno, dein per latus pelvis ad ſuperiorem partem magni foraminis oſſis coxae; ubi in duos ramos abit, 2 priorem, 3 poſteriorem. Quorum
2 prior per ſinum, qui in ſuperiore parte foraminis magni oſſis coxae eſt, ſupra Obturatores exit: deſcendit porro ſub Pectineo & Adductore longo femoris, ſecundum Obturatorem externum primo, deinde Adductorem brevem femoris, dein Adductorem magnum; ramosque dat Adductori longo & brevi, & ad poſtremum Gracili.

3: 3. 4 poſterior per eundem ſinum tranſit; ac mox deſcendit inter Obturatores, dat ramum externo; exit deinde per externum illum 4, deſcenditque inter Pectineum, Adductorem brevem & longum à parte priore, Obturatorem externum & Adductorem magnum à poſteriore, ramoſus in Adductorem magnum deſinens.

5 Nervus iſchiadicus.

6. 6 Nervi crurales. Quorum dexter hic fit è conjunctione nervorum lumbalium tertii & quarti, portioneque ſecundi. In ſiniſtro inſula, per quam inveni tranſeuntem portionem Pſoae magni.

7. 7 Nervorum cruralium rami ad Iliacos internos.

8. 8 Nervorum cruralium rami exteriores, qui per femora ſe demittentes, ramos dant, Iliacis internis, Rectis crurum, Vaſtis internis, Cruralibus,

Vaſtis externis.

9. 9 Nervorum cruralium rami interiores, per femora deſcendentes, ramosque dantes Vaſtis internis.

10. 10 Radices nervorum M. M Tab. xxi. N°. 2.

11. 11 Radices nervorum N. N Tab. xxi. N°. 2.

12 Hic truncatus ramus interior nervi cruralis dextri, ubi ramus ille inter Sartorium Gracilemque emerſurus, abiret in nervum S dextrum Tab. xxi. N°. 2.

13 Radix rami, qui poſtquam Sartorium perforavit, fit R Tab. xxi. N°. 2.

14 Truncatus ramus interior nervi cruralis ſiniſtri, ubi ramus ille inter Sartorium & Gracilem penetraturus, abiret in nervum S ſiniſtrum Tab. xxi. N°. 2.

15. 15 Nervorum iſchiadicorum rami 9. 9 Tab. xx. N°. 2. qui inter fibulas & Peroneos longos in priora emergunt, ac deinde deſcendunt, primum ſub Extenſoribus digitorum pedum longis, dein inter Extenſores longos pollicum & Tibiales anticos, poſt ſub Extenſoribus longis pollicum exeunt, 16. 16 ac decurrunt per pedes extremos. Ramos producunt, 17. 17. 18. 19. 20. 21. quorum 17. 17 ad Extenſores longos digitorum pedum pertinent: 18 ad Peroneum longum: 19 ſubcutaneus, in duos ſe dividens, qui reſpondent ramis 20 & 21: 20. 21 ſunt varietas rami 19 ſe in duos illos 20. 21 citius dividentis; qui fiunt ſubcutanei 3 & 4 Tab. xxi. N°. 2.

22. 22 Nervorum cervicalium quinti, ſexti, ſeptimi, octavi, vario modo conjuncti, accedentibus etiam ramis à coſtalium primis. Ad axillas inprimis procedunt, & in nervos brachiales abeunt.

23 Ramus, qui à nervis ad axillam procedentibus pertinet ad interiora Pectoralis.

24 Ramus, qui à nervis ad axillam procedentibus ortus, ad interiora Serrati antici pertinens eſt.

25. 25 Ramus, qui à nervis ad axillam procedentibus abſcedens, pertinet ad Latiſſimum dorſi. Ejus progreſſus ſub Latiſſimo dorſi, eſt 41 Tab. xx. N°. 2.

26 Nervorum cervicalium ſexti ramus, qui ſecundum Serratum magnum, & dein ſub Latiſſimo dorſi deſcendit, pertinens ad Serratum magnum. Ejus progreſſus ſub Latiſſimo dorſi eſt 42 Tab. xx. N°. 2.

27. 28. 29. 30: 27. 28. 29. 30 Quatuor magni nervi brachiales, in quos ab utroque latere nervi per axillas decurrentes, praecipue abeunt: 27. 27 primi, qui muſculos Coracobrachiales quaſi perforant. 28. 28 ſecundi, qui per humerorum longitudinem ad flexum cubitorum, indeque per cubitos ad volas procedunt. 29. 29 tertii, qui pone oſſa humerorum procedunt; & ſunt 43. 43 Tab. xx. N°. 2. 30. 30 quarti, qui per humerorum longitudinem procedunt ad partem poſteriorem condylorum majorum, indeque per cubitos ad volas.

31 Nervorum brachialium tertii 29 ramus, qui in poſteriora procedens fit 37 Tab. xx. N°. 2.

32 Hic primus nervorum brachialium 27, poſtquam primum proceſſit ſub Coracobrachiali, penetrat per eum, & exit, poſteaque decurrit ſub Bicipitis capite breviore, ramos dans Bicipiti & Brachiali interno: dein inter Bicipitem & Brachialem internum à priori parte emergens, fit ſubcutaneus 25 Tab. xxi. N°. 2. hîc autem ubi emergeret, reſciſſus 33.

34 Primi

34 Primi brachialium ramus, quem cum ſecundo conjungit. Sic & in brachio ſiniſtro.

35. 35 Hic ſecundi brachialium 28. 28 ramos dant Pronatoribus teretibus, Radialibus internis, Sublimibus, Palmaribus longis.

36. 36 Brachialium ſecundorum rami inſignes, qui ramos dant Profundis, & Flexoribus longis pollicum: ac poſtea 37. 37 ſe muſculis illis interſerunt, decurruntque ad Pronatores quadratos.

38 Hic ſecundus brachialium ſubit ligamentum carpi interius: poſtea 39 ad volam pervenit, in qua abit in ramos quinque, 40. 41. 42. 43. 44. Quorum

40 primus dat ramum Lumbricali tertio: poſt ſe in duos findit, alteroque eorum decurrit ſecundum latus digiti annularis, quo ſpectat medium; altero ſecundum latus medii, quo is annularem reſpicit.

41 ſecundus dat ramum Lumbricali ſecundo: ac deinde ſe in duos quoque findit, altero eorum decurrens ſecundum latus digiti medii, quo ſpectat is indicem; altero ſecundum indicis, quo is ſpectat medium.

42 tertius ramum dat Lumbricali primo; poſteaque decurrit ſecundum latus indicis, quo is pollicem reſpicit.

43 quartus ad pollicem procedit, fisſusque in duos, iis ſecundum utrumque latus ejus incedit.

44 quintus dat ramum Abductori brevi pollicis, hic truncatum. Ac deinde ſe interſerit Opponenti pollicis & Flexori brevi, pertinetque ad Opponentem.

45. 45 Continuationes nervorum 51 Tab. xx. N°. 2. Brachialium tertii 29. 29, poſtquam ex cavis axillarum ſecundum oſſa humerorum retrorſum proceſſerunt, ac deinde inter Brachiales externos ab una, & Longos Brevesque ab altera parte; poſteaque inter Brachiales internos & Supinatores longos, hic 45. 45 inter Brachiales internos & Supinatores longos emergunt, ac deinde per internam partem cubitorum procedunt; datisque Supinatoribus longis & Radialibus externis ramis, per Supinatores breves penetrant 46. 46 fiuntque nervi 52. 52 Tab. xx. N°. 2.

47. 47 Hic truncati nervi fiunt 27 Tab. xxi. N°. 2. & 10 Tab. xxiii. N°. 2.

48. 48 Brachialium quarti 30 rami ad Brachialem externum. 49. 49 ad Ulnarem internum. 50 ad Profundum.


51 Ejusdem ramus, qui ſub Ulnari interno ad dorſum cubiti extremi penetrat, fitque nervus ſubcutaneus 38 Tab. xxi. N°. 2. & 15 Tab. xxiii. N°. 2.

Poſt hunc ramum quartus brachialium ante ligamentum carpi interius incedit ad volam; in qua abit in ramos 52. 53. 54. Ex quibus


52 primus inſignis, per volam ſub Profundi tendinibus & ſub Lumbricalibus incedens, ramis ſuis pertinet praecipue ad hos; Abductorem minimi, Adductorem oſſis metacarpi quarti, Interoſſeos, Adductorem pollicis, Flexorem brevem pollicis, Abductorem indicis.

53 ſecundus, poſtquam dedit ſubcutaneum, hic truncatum; aliumque, Abductori digiti minimi; ſecundum latus poſterius digiti minimi decurrit.


54 tertius, circa radices digiti annularis & auricularis bipartitus, altero ramo decurrit ſecundum latus digiti auricularis, quo is annularem reſpicit: altero ſecundum annularis, quo auricularem.



TAB. XX. N°. 1.



TAB. XX. Nº 2.



TAB. XX.



TABULA XX.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Maſſeter.
c Maxilla inferior.
d Obliquus ſuperior capitis.
e Obliquus inferior capitis.
f Rectus poſticus major capitis.
g Rectus poſticus minor capitis.
h Complexus.
i Splenius capitis.
k Levator ſcapulae.
l Splenius colli.
m Spinalis colli.
n Scalenus poſticus.
o Scalenus medius.
p Serratus poſticus ſuperior.
q Rhomboïdeus minor.
r Rhomboïdeus major.
s Sacrolumbalis.
t Longiſſimus dorſi.
u Spinalis dorſi.
v Multifidus, juxta os ſacrum truncatus.
w. w. &c. Coſtae.
x. x. &c. Intercoſtales externi.
y. y Transverſi abdominis.
z. z. &c. Proceſſus transverſi vertebrarum dorſi & lumborum.
α. α Spinae vertebrarum.
β Os ſacrum.
γ Coccyx.
δ. δ Oſſa ilium.
ε. ε Glutei minores.
ζ Pyriformis.
η. η Geminorum ſuperiores.
θ. θθ Obturatores interni.
ι. ι Geminorum inferiores.
κ. κ Trochanteres majores.
λ. λ Quadrati femorum.
μ. μ Principia capitum longiorum Bicipitum crurum, truncata.
ν Ligamentum, quod ab oſſe ſacro ad tuber iſchii pertinet.
ξ Ligamentum, quod ab oſſe ſacro ad iſchii proceſſum acutum pertinet.
ο. ο Levatores ani.
π Sphincter ani externus.
ϱ. ϱ Adductores magni femorum.
σ σ ς. σ σ ς Semitendinoſi. ς pars interior ipſius, hac parte alterum femur verſus inverſi.

ς Gracilis.
τ.τυ Semimembranoſi: τ.τ hac parte inverſi, & ex interiore parte expreſſi.
φ.φ Vaſti interni.
χ.χ Bicipitum crurum capita breviora. ψ.ψ longiora, à ſuperiore parte truncata, & in exteriora inverſa, atque ex interiore parte exhibita. ω.ω eorundem Bicipitum extrema.
A.A Vaſti externi.
B.B Oſſa femorum.
CC.CC Tibiarum oſſa.
D.D Truncata principia capitum exteriorum Gemellorum crurum.
E.E Poplitei.
FF.FF Tibiales poſtici.
G.GG Flexores longi digitorum pedum.
H.HHH Flexores longi pollicum pedum.
I.I Peronei longi.
KK Peroneus brevis.
L.L Malleoli interni.
M.M Malleoli externi.
N Calcanei tuber, quo nitimur.
O Caput ad Flexorem longum digitorum pedis in planta accedens.
P Abductor digiti minimi pedis.
Q Videtur eſſe Peronei longi tendo aut vaginae ſuae incluſus, aut ruditer exhibitus.
R Flexor brevis digitorum pedis, truncatus.
S Abductor pollicis pedis, truncatus.
T.T Scapulae.
V.V Subſcapulares.
WW.WW Oſſa humerorum.
XXY Deltoïdes. Y in exteriora verſi pars interior.
Z Teretis majoris extremum, truncatum.
Γ Latiſſimus dorſi, truncatus.
Δ Serratus magnus.
Θ.Θ Coracobrachiales.
Λ.Λ Tricipitum brachiorum partes, quae Brachiales externi dicuntur.
Ξ.Ξ Brachiales interni.
Π.Π Tricipitum brachiorum partes, quae Longi dicuntur, truncatae & inflexae.
Σ.Σ Tricipitum brachiorum partes, quae Breves dicuntur, truncatae & inflexae.
Φ.Φ Extrema Tricipitum brachiorum.
Ψ.Ψ Supinatores longi.
Ω.Ω Radiales externi.
1 Condylus minor humeri.
2.2 Supinatores breves.
3.3 Ulnae.
4.4 Profundi.
5.5 Extenſores majores pollicum manuum.
6.6 Indicatores. Dextri tendo truncatus.
7.8: 7.8 Abductores longi pollicum manuum. 7.7 partes eorum ſuperiores, 8.8 inferiores.

9.9 Ex-

9. 9 Extenſores minores pollicum manuum. Tendo communis, quem dexter hic cum Extenſoris majoris tendine efficit, truncatus.

10. 10: 10. 10 Radialium externorum tendines.

N°. 2. NERVI.

Haec figura ſimilis proxime ſuperiori, eodem modo nervos interiores exhibet.

a Nervus ſpinalis recurrens: continuatio nervi f Tab. XIX. N°. 2.

b Ramus nervorum cervicalium quarti, F ſin. Tab. XIX. N°. 2. qui ramus ſe ad ſpinalem recurrentem adjungit. E qua conjunctione natus c nervus ad Cucullarem pertinet.

d. d Nervorum cervicalium quintorum rami, qui perforant Scalenos medios, poſteaque ſe per dorſum demittunt, ramisque ſuis ad Rhomboïdeos majores pertinent.

e Ramus poſterior nervorum cervicalium ſecundorum dextri; qui hic emergit inter Obliquum inferiorem capitis & Rectum poſticum majorem; dat Recto ramum, dein ad Complexum accedit, eum perforaturus, ubi hic reſciſſus f.

g Idem ramus ſiniſtri lateris, qua per Complexum exit: reſciſſus ibi, ubi Cucullarem perforaturus, fieret ſubcutaneus e ſiniſter Tab. XXIII. N°. 2.

h Nervorum cervicalium primi ramus.

i. k. l. m. n. o Nervorum cervicalium rami poſteriores: i tertii, l quarti, n quinti, o ſexti. k autem ramus, qui procedit à principio nervi i: m ſimilis, qui à principio nervi l. Sic videtur. Tales certe hic loci nervos invenio.

p. q. r. s Nervorum cervicalium rami poſteriores, per muſculos hos penetrantes: p tertii, q quarti, r quinti, ſ ſexti. Poſt perforant quoque Cucullarem, & fiunt ſubcutanei Tab. XXIII. N°. 2.

t. u. &c. Rami poſteriores nervorum dorſalium: t primi, u ſecundi, w tertii, x quarti, y quinti, z ſexti, A ſeptimi, B octavi, C noni, D decimi, E undecimi, F duodecimi, G lumbalium primi, H ſecundi, I tertii, K quarti.

L. M. N. O. P. Q. R. S. T. V. W. X. Y. Z. Γ. Δ Nervorum dorſalium & lumbalium rami per muſculos, qui dorſo & lumbis juxta ſpinam adjacent, penetrantes. Indicati rami, quos Sacrolumbali dant rami W. Y. Z.

Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Ψ. Ψ. Ω. Ω. α. α. β. β. γ Rami nervorum coſtalium, qui per muſculos Intercoſtales penetrant in poſteriora. Θ ſexti. Λ. Ξ ſeptimorum. Π. Σ octavorum. Φ. Ψ. Ψ nonorum. Ω. Ω. α. α decimorum. β. β. γ undecimorum.

δ. ε: δ. ε Nervorum coſtalium duodecimorum rami, σ. σ Tab. XIX. N°. 2. qui perforant Transverſos abdominis, & deinde inter eos & Obliquos internos decurrunt in priora.

ζ. ζ Nervorum lumbalium primorum rami, υ. υ Tab. XIX. N°. 2. qui pariter Transverſos perforant, poſteaque inter eos & Obliquos internos procedunt in priora.

η Ramus primi nervorum oſſis ſacri, primo foraminum poſteriorum ſacri oſſis exeuns.

θ Ramus ſecundi nervorum oſſis ſacri, ſecundo foraminum poſteriorum ſacri exeuns. Apparet, quomodo ramum à ramo primi η accipiat.

ι Ramus tertii nervorum oſſis ſacri, tertio foraminum poſteriorum ſacri exeuns.

κ Ramus quarti nervorum ossis sacri, quarto foraminum posteriorum sacri ossis exeuns.

λ Nervus, exeuns inter os sacrum & coccygem.

μ Extrema cauda equina, exeuns hiatu extremo canalis ossis sacri.

ν. ξ. ο. π. ϱ. σ. ς Horum continuationes esse videntur nervi Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Ψ Tab. XXIII. N°. 2. An autem ν est progrediens, perque commune caput Sacrolumbalis & Longissimi dorsi penetrans nervi η ramus primus truncatus? ξ autem ramus primus truncatus nervi θ? ο similiter penetrans nervus ι? &c.

τ. τ Nervi ischiadici.

υ. υ Ischiadicorum rami, qui decurrunt inter Pyriformes & Gluteos medios ab una parte, & Gluteos minores ab altera; ramosque dant Gluteis minoribus & mediis.

φ. φ Ischiadicorum rami, qui inter duo ligamenta ab utraque parte ossis sacri ad ischia pertinentia incedentes, ramos distribuunt per pingue, quod est à lateribus ani.

χ. χ Rami Ischiadicorum, qui se sub Gluteis magnis demittentes, dant ipsis ramos ψ. ψ; dein infra Gluteos fiunt subcutanei Ω. α: Ω. α Tab. XXIII. N°. 2; & quidem rami truncati ω. ω fiunt Ω. Ω Tab. XXIII. rami 1. 1 fiunt α. α.

Apparet varietas nervorum φ χ. φ χ, qui in sinistro latere oriuntur radice communi. Et in ramis quoque eorum varietas.

2. 2 Ischiadicorum rami ad Gluteos magnos.

3. 3 Ischiadicorum rami, qui mox in duos divisi, 4 altero pertinent ad interiorem partem capitis longi Bicipitis cruris: 5 altero ad interiorem Semitendinosi.

6. 6 Ischiadicorum rami, qui pertinent suis ramis ad interiorem partem Semitendinosorum & Semimembranosorum.

7. 7 Ischiadicorum rami, pertinentes ad interiorem partem capitum longorum & brevium Bicipitum crurum.

8. 8 Ischiadicorum rami ad capita breviora Bicipitum crurum.

9. 9 Ischiadicorum rami, qui ad priora crurum procedunt, & fiunt nervi 15. 15 Tab. XIX. N°. 2.

10 Radix rami, qui per suram decurrit subcutaneus, estque ν Tab. XXIII. N°. 2.

11. 12. 13. 14: 11. 12. 13. 14 Ischiadicorum rami, an 11. 11 ad capita exteriora Gemellorum, &c. 12. 12 ad interiora? 13. 13 radices illorum, qui ξ. ξ Tab. XXIII. N°. 2? 14. 14 ad Popliteos? &c. Tales certe ischiadici circa poplites producunt.

15. 15 Ischiadicorum rami ad Tibiales posticos.

16. 16. 16 Ad Flexores longos digitorum pedum.

17. 17. 18. 18 Ad Flexores longos pollicum pedum.

19 Ad caput Flexoris longi digitorum pedis, quod in planta accipit.

20 Ischiadici ramus, qui producit ramos 21. 22. 23. 24. 25.

21 decurrentem, ramisque pertinentem ad Adductorem pollicis, Interosseos, &c.

23 ad Abductorem minimi.

24 procedentem secundum latus externum digiti minimi.

25 procedentem ad radices digiti quarti & quinti; ubi se in duos dividit, alteroque incedit secundum latus digiti quinti, quo quartum spectat; altero secundum quarti, quo quintum spectat.

26 Ischia-

26 Iſchiadici ramus, qui incedit ſecundum latus pollicis internum; & producit ramum 27 ad Abductorem pollicis.

28 Ramus, qui procedit ad radicem pollicis, & digiti ſecundi, ubi ſe dividit in duos: eorumque altero decurrit ſecundum latus pollicis, quo is digitum ſecundum ſpectat; altero ſecundum latus digiti ſecundi, quo is ſpectat pollicem.

29 Ad Lumbricalem primum.

30 Ramus, qui procedit ad radicem digiti ſecundi, & tertii, ubi dividit ſe in duos; quorum altero incedit ſecundum latus digiti ſecundi tertium ſpectans; altero ſecundum latus tertii ſpectans ſecundum.

31 Ad Lumbricalem ſecundum.

32 Ramus, qui procedit ad radicem digiti tertii, & quarti, ibique in duos diviſus, altero pergit ſecundum latus digiti tertii, quo is quartum reſpicit; altero ſecundum latus quarti, quo tertium is reſpicit.

33 Ad Lumbricalem tertium.

34. 34 Rami quinti paris nervorum cervicalium, qui rami procedunt per lunulas ſcapularum, quae ſunt juxta proceſſus coracoïdeos: ac dein dant ramos 35. 35, qui procedunt ſub Supraſpinatis, eisque ramos dant. Poſtea 36. 36 ſe circum ſpinas ſcapularum flectunt, inceduntque ſub Infraſpinatis, ac ramos eis dant.

37. 37 Brachialium tertiorum rami, 31 Tab. XIX. N°. 2. Unde rami, 38 ad Teretem majorem, 39 Deltoïdem. 40 An radix nervi φ Tab. XXIII. N°. 2?

41 Nervi 25 Tab. XIX. N°. 2. pars inter Latiſſimum & Serratum magnum deſcendens.

42 Nervi 26 Tab. XIX. N°. 2. pars inter Latiſſimum dorſi & Serratum magnum incedens.

43. 43 Nervorum brachialium trunci tertii; qui pone oſſa humerorum procedunt. Sunt 29. 29. Tab. XIX. N°. 2.

44. 44 44: 44 Eorum rami ad Brachiales externos. 45. 45 ad Longos. 46. 46 ad Breves.

47 Videtur eſſe radix rami χ Tab. XXIII. N°. 2. in ſiniſtro brachio.

48. 49. Videntur eſſe radices ramorum 1 Tab. XXIII. N°. 2. in brachio ſiniſtro. Tales certe hic ramos truncus ille dat.


50 Videtur eſſe radix rami χ Tab. XXIII. N°. 2. in brachio dextro.

51 Progrediens hic tertius truncus brachialium, fit 45 Tab. XIX. N°. 2. Sic & in brachio ſiniſtro.


52. 52 Nervorum brachialium tertiorum trunci 46 46 Tab. XIX. N°. 2, perforatis Supinatoribus brevibus penetrantes ad exteriora cubitorum: ubi, poſtquam vicinis muſculis ramos dederunt, incedunt 53. 53 ſub Extenſoribus majoribus pollicum, & Indicatoribus: infra quos emergunt 54. 54.


55 Nervorum brachialium quartus; 30 Tab. XIX. N°. 2. Dat Profundo ramos 56. 57. 58.






TAB. XXI. Nº 1.





TAB. XXI, Nº 2.



TAB. XXI.



TABULA XXI.

Nº. 1. MUSCULI, &c.

a Frontalis.
b Frontalium pars per naſum excurrens.
c Orbicularis palpebrarum.
d Temporalis.
e Attollens auriculam.
f Occipitalis.
g Zygoma.
h Maſſeter.
i Buccinator, aut locus ipſius.
k. l Zygomatici.
m Levator labii ſuperioris.
n Levator labii ſuperioris alaeque naſi.
o Orbicularis oris, aut certe locus ipſius.
p Depreſſores labii inferioris, aut loci eorum.
q Depreſſor anguli oris.
r Parotis.
s Biventer maxillae.
t Os hyoïdes, rudi modo indicatum.
u. Sternohyoïdei.
v. v Sternothyreoïdei.
w w. w w Coracohyoïdei.
x. x Sternomaſtoïdei.
y. y Cleidomaſtoïdei.
z Scalenus.
A Levator ſcapulae.
B Splenius.
C. C Cucullares.
D. D Claviculae.
E. E Deltoïdei.
F. F F Brachiales interni.
G. G Bicipites brachiorum.
H II. H I Tricipites brachiorum. H pars, quae Longus appellatur. I pars, quae Brachialis externus.
K Condylus major.
L Palmaris longus.
M Ulnaris internus.
N Ulnaris externus.
O Extenſor proprius digiti auricularis.
P Extenſor communis digitorum manus.
Q Pollicis Abductor longus cum Extenſore minore.
R. S Radiales externi.
T Abductor longus pollicis.
V Supinator longus.

W Pronator teres.
X Radialis internus.
Y Palmaris longus.
Z Ulnaris internus.
α Palmaris brevis.
β Flexor brevis pollicis manus.
γ.γ.γ.γ Tendines Sublimis.
δ.δ.δ.δ Tendines Profundi.
ε.ε Pectorales.
ζ.ζ Papillarum loci indicati.
η.η Serrati magni.
θ.θ Latiſſimi dorſi.
ι.ι Obliqui externi abdominis.
κ Locus ſynchondroſis pubis oſſiumque pubis indicatus: à quo λ penis dependet.
μ.μ Funiculi ſpermatici cum Cremaſteribus.
ν.ν Criſtae oſſium ilium.
ξ.ξ Glutei medii.
ο.ο Tenſores vaginarum femorum.
π.π Pectinei.
ϱ.ϱ Adductores longi femorum.
σ.σ Graciles.
ς Semitendinoſus.
τ.τ Sartorii.
υ.υ Vaſti interni.
φ.φ Recti crurum.
χ.χ Vaſti externi.
ψ.ψ Tendines Gracilium.
ω.ω Tendines Semitendinoſorum.
Γ.Γ Gemelli crurum.
Δ.Δ Solei.
Θ Flexor longus digitorum pedis.
Λ Flexor longus pollicis pedis.
Ξ Tibialis poſtici tendo.
Π.Π Tibiae.
Σ.Σ Tibiales antici.
Φ Extenſor longus digitorum pedis.
Ψ Peroneus longus.
Ω.Ω Abductores pollicum pedum.

N°. 2. NERVI.

Nervos ſubcutaneos exhibet, quorum alii inter muſculos, alii per eos penetrant, alii è poſteriore parte veniunt.

In (adipem) *innumerabiles pene nervorum propagines diſtribuuntur, quae quidem ut videor in corporibus ſecandis obſervaſſe, in cutem non ita frequenter inſeruntur, ut quiſpiam ſorte arbitratur: ſed utplurimum in tenuiſſimas fibras diſſectae, adipis ſubſtantia terminantur.* De Multitud. Cap. XXXIII.

a Nervorum cervicalium ſecundi: continuatio rami f Tab. XXIII. N°. 2.
b Ramus, qui fit g Tab. XXIII. N°. 2.

c Ner-

c Nervorum cervicalium ſecundi.
d Nervorum auditoriorum portio dura. e ramus ejus ad Zygomaticos. f ad Buccinatorem.
g Nervus ſpinalis recurrens.
h. h Nervorum cervicalium tertiorum.
i. i i Nervorum cervicalium quartorum.
k. k Nervorum coſtalium primorum.
l. l Nervorum coſtalium ſecundorum.
m. m Nervorum coſtalium tertiorum.
n. n Nervorum coſtalium quartorum.
o. o Nervorum coſtalium quintorum.
p. p Nervorum coſtalium ſextorum.
q. r. s. t. u. v. w. x. y. z. α. β. γ. δ. ε. ζ. η. θ. ι. κ. λ. μ ν. ξ ο. π. ϱ. σ. ς. τ. υ. φ χ. ψ ω. Γ. Δ. Θ Λ. Ξ. Π. Σ. Φ Nervorum coſtalium, & lumbalium primorum. Ex his θ fit T Tab. XXIII. N°. 2. ν fit V. ο fit W. χ fit Y. ω fit Z. Λ fit Γ.
Ψ. Ψ Continuationes ramorum Δ. Δ Tab. XXIII. N°. 2.
Ω. Ω Continuatio nervi Ψ Tab. XIX. N°. 2. A fit ε Tab. XXIII. N°. 2. B fit ζ. C fit η. D fit θ. E fit ι. F fit κ.
G Eſt nervus Ω Tab. XIX. N°. 2. & eſt in ſculptura vitium, cum deberet hic conjunctus exhiberi cum nervo Ω, ut cum nervo Ψ nervus Ω conjunctus Tab. XIX. N°. 2.
H. I In ſiniſtro femore; continuationes ramorum, in quos abit nervus Φ Tab. XIX. N°. 2. Iidem nervi in femore dextro.
K Nervi penis, per dorſum ejus decurrentes.
L. L Nervi crurales. Confer 6. 6 Tab. XIX. N°. 2.
M. M Nervorum cruralium rami ad Pectineos.
N. N Nervorum cruralium rami ſubcutanei. Quorum rami O. O, perforatis Sartoriis, fiunt ſubcutanei P. P.
Q Nervi cruralis ramus, qui conjungit ſe cum ramo ſubcutaneo P.
R Nervi cruralis ramus, continuatio rami 13 Tab. XIX. N°. 2. Sartorium perforat, poſteaque conjungit ſe cum nervo S.
S. S Nervorum cruralium rami, continuationes ramorum 12 & 14 Tab. XIX. N°. 2. exeunt inter Sartorios Gracilesque, poſtea ſubcutanei.
T Ramus reſpondens ramo, quem dat nervus R in ſiniſtro crure.
V Continuatio rami β Tab. XXIII. N°. 2.
W Continuatio rami γ Tab. XXIII. N°. 2.
X Continuatio rami δ Tab. XXIII. N°. 2.
Y Nervi iſchiadici extremum ad plantam procedens.
Z Continuatio rami π Tab. XXIII. N°. 2.
1 Continuatio rami σ Tab. XXIII. N°. 2.
2 Continuatio rami ς Tab. XXIII. N°. 2.
3. 4 Continuationes ramorum 20 & 21 Tab. XIX. N°. 2.
5 Continuatio rami ο Tab. XXIII. N°. 2. Conjungit ſe cum nervo 3, ut ξ cum ϱ Tab. XXIII. N°. 2.
6 Reſpondet nervo 23 brachii dextri. An varietas ejus?
7. 7. Haud dubie 7 & 16 uno trunco orti, ſunt cujus radix truncata Tab. XIX. N°. 2. in dextro brachio inter principia nervorum brachialium ſecundi 28, & quarti 30. Nervi autem 7. 7 fiunt 5. 5 Tab. XXIII. N°. 2.
8 Nervorum coſtalium ſecundi ramus inter coſtam ſecundam & tertiam exeuns,

unoque ramo 9 ad dorſum pertinens, qui ramus fit S Tab. XXIII. N°. 2: altero 10 per brachium decurrens; cujus rami ramus 11 fit υ Tab. XXIII. N°. 2.

12 Reſpondet ramo 10. & fit τ Tab. XXIII. N°. 2.

13 Reſpondet ramo 9. & fit X Tab. XXIII. N°. 2.

14 Videtur eſſe nervus 25 Tab. XIX. N°. 2.

15. 15 Nervorum brachialium trunci quarti; qui procedunt pone condylos majores; 30. 30 Tab. XIX. N°. 2.

16. 16 Haud dubie 16 & 7 uno trunco orti, ſunt cujus radix truncata Tab. XIX. N°. 2. in dextro brachio inter principia nervorum brachialium ſecundi 28, & quarti 30. Horum autem nervorum 16. 16 ramus 17 fit 13 Tab. XXIII. N°. 2. ramus 18 fit 14. ramus 19 fit 8. ramus 20 fit 9.

21. 21 Nervorum brachialium trunci ſecundi; 28. 28 Tab. XIX. N°. 2.

22 Ramus, quem brachialium primus ſecundo adjungit: idem qui 34 Tab. XIX. N°. 2.

23 Talem vidi ex nervis axillaribus orientem.

24. 24 Continuationes ramorum ψ. ψ Tab. XXIII. N°. 2.

25 Primus truncus nervorum brachialium, inter Bicipitem brachii & Brachialem internum emergens: continuatio nervi 33 Tab. XIX. N°. 2. Ejus ramus 26 fit 16 Tab. XXIII. N°. 2.

27 Nervorum brachialium trunci tertii ramus: continuatio rami 47 Tab. XIX. N°. 2. Ejus ramus 28 fit 17 Tab. XXIII. N°. 2. ramus 29 fit 18 Tab. XXIII. N°. 2.

30 Continuatio rami ω Tab. XXIII. N°. 2.

31 Hic fit ramus 5 Tab. XXIII. N°. 2.

32 Continuatio rami 4 Tab. XXIII. N°. 2.

33 Continuatio rami 2 Tab. XXIII. N°. 2.


34 Continuatio rami 3 Tab. XXIII. N°. 2.

35 Continuatio rami 7 Tab. XXIII. N°. 2.


36 Continuatio rami 11 Tab. XXIII. N°. 2.

37 Fit ramus 12 Tab. XXIII. N°. 2.

38 Ramus trunci quarti nervorum brachialium: continuatio rami 51 Tab. XIX. N°. 2.



TAB. XXII.




TAB. XXII.

TABULA XXII.


Exhibet venas & arterias ſubcutaneas, quarum aliae ex ipſis muſculis, aliae inter eos emergunt, aliae ex priore parte veniunt. Pleraeque venae ſolae incedunt ſine arteriis comitibus: quasdam comitantur arteriae, venis exiliores. Venae crebre ſe inter ſe conjungunt. Et diverſa in duobus lateribus exhibita ratio. Quae omnia ex figura ſatis apparent. A quibus autem ſingulae venae & arteriae oriantur ramis, quanquam dici de multis facile poſſet, de multis tamen difficulter poſſet, quia certa non conſtat ratio: & cum parum id haberet utilitatis, expoſitum ſi eſſet; neceſſarium viſum non eſt, exponendi operam ſuſcipere.

a Temporalis.
b Zygoma.
c Maſſeter.
d. d Occipitales.
e. e Sternomaſtoïdei.
f. f Loci Complexorum, Spleniorum capitis, & Levatorum ſcapularum.
g. g Cucullares.
h. h Infraſpinati.
i. i Teretes minores.
k. k Teretes majores.
l. l Latiſſimi dorſi.
m. m. &c. Spinae vertebrarum.
n. n Obliqui externi abdominis.
o. o Obliqui interni abdominis.
p. p Criſtae oſſium ilium.
q. q Glutei magni.
r Sphincter ani externus.
s. s Graciles.
t. t Adductores magni femorum.
u. u Semimembranoſi.
v. v Semitendinoſi.
w. w Bicipites crurum.
x. x Partes craſſiores vaginarum tendinearum femorum.
yy. yy Gemelli crurum.
z. z z Solei.
A. A Peronei longi.
BB. BB Peronei breves.
C C Extenſor longus digitorum pedis.
D Tibialis anticus.
E. E Peronei tertii.
F Flexor longus digitorum pedis.
G. G Abductores digitorum minimorum pedum.
H. H Deltoïdei.
I. I Brachiales interni.
K. K Supinatores longi.
L M. L M Tricipites brachiorum. L. L partes, quae dicuntur Breves. M. M partes, quae Longi.
N. N Palmares longi.

O. O Olecrana.
P. P Condyli minores humerorum.
Q Radialis externus.
R Radialis externus longior.
S Radialis externus brevior.
T. T Extenſores communes digitorum manuum.
V. V Ulnares externi.
W Extenſor proprius auricularis, aut certe locus ipſius.
X. X Ulnares interni.
Y Radialis internus.
Z Γ Abductor longus pollicis manus. Z pars ſuperior, Γ inferior.
Δ Extenſor minor pollicis manus.
Θ Ligamentum armillare exterius.



TAB. XXIII. N°. 1.



TAB. XXIII. Nº 2.



TAB. XXIII.




TABULA XXIII.


N°. 1. MUSCULI, &c.

a Occipitalis.
b Attollens auriculam.
c c Temporalis.
d Frontalis.
e Orbicularis palpebrarum.
f Zygoma.
g Zygomaticus major.
h Buccinator.
i Maſſeter.
k Sternomaſtoïdeus.
l Splenius capitis.
m Complexus.
n. n Cucullares.
o. o Infraſpinati.
p. p Teretes minores.
q. q Teretes majores.
r. r Rhomboïdei majores.
s. s Sacrolumbales.
t. t Latiſſimi dorſi.
u. u Obliqui externi abdominis.
v. v Obliqui interni abdominis.
w. w Criſtae oſſium ilium.
x. x Glutei magni.
y Sphincter ani externus.
z. z Vaginarum femorum partes craſſiores una cum Tenſoribus vaginarum.
A. A Bicipites crurum.
B. B Semitendinoſi.
C C. C C Semimembranoſi.
D. D Adductores magni femorum.
E. E Graciles.
F Sartorius.
G G. G G Gemelli crurum.
H H. H Solei.
I. I Peronei longi.
K K. K K Peronei breves.
L. L Peronei tertii.
M Extenſor longus digitorum pedis.
N Flexor longus digitorum pedis.
O Tibialis poſticus.
P. P Abductores digitorum minimorum pedum.
Q. Q Spinae ſcapularum cum proceſſibus ſuperioribus.
R. R Deltoïdei.
S. S Tricipitum brachiorum partes, ex Longis & Brevibus conſtantes.


BIBLIOTHÈQUE DE LA VILLE MONTPELLIER




TAB. XXIV. Nº 1.



TAB. XXIV. Nº 2.



TAB. XXIV.



TABULA XXIV.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Maſſeter.
c Maxilla inferior.
d Rudi modo indicata pars poſterior colli à latere Complexi ſub Splenio capitis & Trachelomaſtoideo.
e Complexus.
f. f Splenii capitis; quorum ſiniſter truncatus.
g. g Levatores ſcapularum.
h Serratus poſticus ſuperior.
i Rhomboïdeus minor.
k Rhomboïdeus major.
l. l l Splenii colli.
m. m Spinales dorſi.
n. n Longiſſimi dorſi.
o. o Sacrolumbales.
p. p. &c. Coſtae.
q. q. &c. Intercoſtales externi.
r. r Serrati magni.
s. s Transverſi abdominis.
tu. t u Oſſa ilium. u. u criſtae.
v. v Glutei minores.
w. w Pyriformes.
x. x Ligamenta ab oſſe ſacro ad iſchiorum tubera deducta.
y. y Geminorum ſuperiores.
z. z Obturatores interni.
A. A Geminorum inferiores.
B. B Trochanteres majores.
C. C Quadrati femorum.
D. D Iſchiorum tubera.
E. E Levatores ani.
F. F Coccygei.
G Coccyx.
H Sphincter ani externus.
I. I Adductores magni femorum.
K. K Vaſti externi.
L. L Capita breviora Bicipitum crurum.
M. M M Oſſa femorum.
N. N Vaſti interni.
O. O Extrema truncata & inflexa capitum longorum Bicipitum crurum.
P. P Poplitei.
Q. Q Flexores longi digitorum pedum.
R. R Tibiales poſtici.
S. S Peronei longi.
T T. T Peronei breves.

V.V Malleoli externi.
W.W Malleoli interni.
X.X Tibialium posticorum tendines.
Y.Y Scapulae.
Z Supraspinatus.
α Infraspinatus.
β Teres minor.
γ.γ Subscapulares.
δ Os humeri.
ε Deltoïdis inflexi pars interior.
ζ.ζ Brachiales interni.
ηθικ Triceps brachii. η capitis, quod Longus vocatur, in exteriora versi pars interior. θ caput, quod Brevis vocatur. κ extremum truncatum.
λ Tricipitis brachii pars, quae Brachialis externus appellatur.
μ Extremum commune Tricipitis brachii capitum illorum, quae Longus & Brevis appellantur, truncatum & inflexum.
ν Extremum Tricipitis brachii.
ξ Condylus major humeri.
ο.ο Condyli minores humerorum.
π.π Supinatores longi.
ϱ.ϱ Radiales externi.
σ.σ Supinatores breves.
ς.ς Ulnae.
τ.τ Profundi.
υ.υ Abductores longi pollicum manuum.
φ.φ Extensores majores pollicum manuum.
χ.χ Entensores minores pollicum manuum.
ψ.ψ Indicatores.
ω.ω: ω.ω Tendines Radialium externorum.

N°. 2. VENAE ET ARTERIAE.

Venas & arterias interiores haec figura exhibet.
a Venae & arteriae per periosteum sub Temporali distributae. Sunt w.w Tab. xxv. N°. 2.
b Arteria 14 Tab. xxv. N°. 2.
c Arteria 15 Tab. xxv. N°. 2.
d.d Venae s.s Tab. xxv. N°. 2.
e Vena t Tab. xxv. N°. 2.
f Hi rami respondent ramis alterius lateris venae d & arteriae c, & ramus c in hoc latere respondet arteriae c sinistri lateris: attamen circum Splenium capitis incedunt, non, remoto Splenio, circum Complexum, ut in sinistro latere.
g Vena cum arteria, quae ex interioribus per Splenium capitis penetrant.
h Continuatio venae α Tab. xxv. N°. 2. Ejus i.i rami adscendentes, quibus nullae comites arteriae.
k Continuatio venae & arteriae z Tab. xxv. N°. 2. Vena se arcus specie continuat venae h.
l.l Venae, quae sub Rhomboïdeis descendunt. m conjunctio cum dorsali. n.n horum venae l ramorum uni nulla comes arteria: alteri comes.
o.o Rami arteriarum subclaviarum, qui se comites adjungunt venis l.l.
p.p Ra-

p. p Rami venae k ſuper Supraſpinatos diſtributi.

q Arteriae ſubclaviae ramus adjungens ſe venae p.

r Venae k ramus decurrens ſub Supraſpinato. Reſpondet ei ramus in dextro latere.

s Venae & arteriae per ſcapulae lunulam, quae eſt ad radicem proceſſus coracoïdei, in poſteriora penetrantium, rami ſub Supraſpinato diſtributi.

t. t Venarum & arteriarum axillarium rami, à quibus u. u rami, qui dant v. v interiori parti Deltoïdum: w. w interiori parti Tricipitum brachiorum partium illarum, quae Longi dicuntur: x. x accedentes ad ramos δ. δ.

y. y Earundem venarum & arteriarum t. t rami, qui dant ramos z z. z ſub Teretibus minoribus penetrantes, poſt per Infraſpinatos, inter quos deinde ſcapulasque ramos diſtribuunt, dantque interiori parti Infraſpinatorum: α ad Teretem minorem. β per exteriora praecipue Serrati magni; cui ramos dant.

γ. γ Venae *axillares* Euſt. quas baſilicas dicunt.

δ. δ Venarum *axillarium* rami, qui conjuncti cum venis x. x, deinde cum arteriis comitibus abeunt in ε. ε ramos, ſub Deltoïdeis adſcendentes: ζ. ζ ad Tricipitum brachiorum capita, quae Longi dicuntur: η. η inter Tricipitum brachiorum capita illa quae Breves dicuntur, & illa quae Brachiales externi, decurrentes ad cubitos: θ. θ ad Tricipitum brachiorum capita, quae Longi appellantur.

ι. ι Venarum *axillarium* rami, qui ſe conjungunt cum venis θ. θ.

κ *Vena axillaris profunda* Euſt. Eſt η Tab. XXVI. N°. 2.

λ *Externa axillaris vena* Euſt. Eſt β Tab. XXVI. N°. 2.

μ. μ Venae & arteriae τ. τ Tab. XXVI. N°. 2. inter Supinatores breves & Abductores longos pollicum penetrantes ad cubitorum exteriorem partem. Eorum in duobus cubitis exhibita varietas. In ſiniſtro dant adſcendentes ramos, non autem in dextro. In ſiniſtro ramus venae deſcendens mox *geminus* fit, & *arteriam mediam comprehendit*; Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. T. t, id interdum fieri monens: in dextro ſimplex vena arteriae comes. In dextro longius excurrunt ad manum.

Nimis ſane oſcitanter profundum Axillaris Venae ramum, κ Tab. XXV. N°. 2. & η Tab. XXVI. N°. 2., *deſcripſit, qui circa medium Humeri, atque etiam interdum parum infra, vel ſupra medium ejusdem fere ſemper in duas propagines ſcinditur, quae arteriam hinc inde complexae ſub Cubiti articulum non longe tamen ab eo invicem ſemel, & interdum etiam iterum, & cum tertio quodam Humerariae ramo, ab eo, qui ſub cute communem venam conſtituit, enato, uniuntur, paululumque progreſſae, rurſus in tres propagines dirimuntur, quarum una*, ο Tab. XXV. N°. 2. & σ Tab. XXVI. N°. 2., *Veſalio incognita bifariam ſciſſa, altera parte*, σ Tab. XXVI. N°. 2., *amplum ligamentum Radio Ulnaeque commune perreptat; altera*, τ Tab. XXVI. N°. 2., *eodem ligamento perforato, in exteriorem Ulnae ſedem diſtribuitur*, μ Tab. hujus. De vena comm. prof. brach. Antigr. 1.

υ Vena & arteria υ Tab. XXVI. N°. 2. ad dorſum cubiti penetrantes.

ξ. ο. π. ϱ. σ. ς. ϛ. τ. υ. φ. χ. ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Π. Σ. Φ. Ψ. Ω Venarum & arteriarum intercoſtalium & lumbalium rami in poſteriora penetrantes.

Intercoſtales rami Venae ſine pari --- perforatis muſculis, qui in ea parte ſunt, inter eos digeruntur, atque etiam ſub cute adipem perreptant, quod ſilentio praetereundum vel ob eam cauſam non erat, quia muſculi poſteriori dorſi

ſedi incumbentes, ab iis ramis extra erumpentibus alimentum plerumque ſumunt. De vena ſine pari, Antigr. XVIII.

A. A Venarum & arteriarum hypogaſtricarum X. X Tab. XXVI. N°. 2. rami inter os ſacrum & iſchia per principia Pyriformium exeuntes ad nates. Varietas in duobus lateribus indicata, tum in ramis, tum quod in dextro venae mox ab ortu bifidae unam arteriam comitentur, eamque mediam contineant.

B Vena ab hypogaſtricae ramis inter iſchion & ſacrum exeuntibus oriens, penetransque inter Geminorum inferiorem & Quadratum femoris, ſine comite arteria; & conjungit ſe C cum vena G, cruralis ramo.

D. D Venarum & arteriarum cruralium rami, ab illis mox ſub inguinibus orti, & deinde in poſteriora penetrantes. Varietas in duobus lateribus, quae apparet. In ſiniſtro venae ramus E ſe conjungit cum venae A ramo: in dextro ramus F cum vena G.

G. G Venarum & arteriarum cruralium rami, qui per Adductores magnos femorum penetrant in poſteriora. Earum varietas in duobus lateribus: inter alias, ſiniſtrae venae truncus mox ſe in duas venas dividit, quae mediam arteriam continent. Rami quos diſtribuunt, muſculisque dant, ſatis apparent.

H A vena & arteria G, antequam per Adductorem magnum femoris penetrent, inſignis vena & arteria deſcendunt ſub fine Adductoris illius. Earum rami ſunt vena & arteria H per Adductorem eundem penetrantes ad Bicipitis cruris caput breve.

I. I Venae & arteriae, cruralium rami, adjungentes ſe ad ramos G. G.

K. K Venae crurales; quarum comites

L. L Arteriae crurales.


M. M Venarum & arteriarum cruralium rami adjungentes ſe ad ramos G. G.

N. N Venarum & arteriarum cruralium rami, qui in principio crurum inter tibias & fibulas penetrant ad priora; ubi venae ſunt ⊙ & 8 Tab. XXVI. N°. 2. arteriae 37. 38 ibidem.


O. O Venae & arteriae fibuleae. Apparent rami, & varietas in duobus cruribus. Inter alias differentias, in dextro vena mox in duas diviſa, iis mediam arteriam continet: ſiniſtra ſimplex, niſi quod à principio ramum det, arteriae comitem & ipſum, ſed circa cruris medium deſinentem.

P. P Venae & arteriae tibiales. Satis apparent rami earum, varietasque in duobus cruribus. Siniſtra vena ſimplex, dextra mox in duas diviſa, comitantes arteriam unam, quam mediam continent.


Q Rami venae & arteriae 8 Tab. XXVI. N°. 2.



TAB. XXV. Nº 1.



TAB. XXV. Nº 2.



TAB. XXV.



TABULA XXV.

N°. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Maſſeter.
c Oſſeus auris introitus.
d Proceſſus mammillaris.
e Complexus videtur eſſe.
f g Biventer maxillae. g truncatus tendo ipſius.
h h Stylohyoïdeus.
i. i Mylohyoïdei.
k Os hyoïdes.
l Sternohyoïdeus ſiniſter, truncatus.
m Cartilago thyreoïdea.
n Cartilago cricoïdea.
o Hyothyreoïdeus dexter.
p Pharyngis rudis indicatio eſſe videtur.
q Sternothyreoïdeus dexter, truncatus.
r r Glandula thyreoïdea.
s. s Scaleni medii.
t. t Levatores ſcapularum.
u. u Cucullares.
w. w Claviculae, truncatae.
x. x Deltoïdei.
y. y Bicipites brachiorum, truncati, & in ſuperiora flexi.
z. z Brachiales interni.
A. A Hic Bicipites à Brachialibus internis non diſtinxiſſe videtur.
B Coracobrachialis.
C. C Tricipitum brachiorum partes, è Longis & Brachialibus externis conſtantes.
D. D Condyli.
E Brachialis internus.
F. F Capita Pronatorum teretium, truncata & inflexa.
G. G Capita Radialium internorum, truncata & inflexa.
H. H Capita Sublimium, truncata & inflexa.
I. I Ulnares interni, ad extremum truncati, & inverſi.
K. K Profundi.
L. L Supinatorum brevium loci.
M. M Pronatores teretes, truncati.
N. N Supinatores longi, truncati, & modice inverſi.
O. O Radiales externi.
P. P Sublimes, truncati.
Q. Q Extrema Supinatorum longorum, truncatorum.
R. R Abductores longi pollicum manuum.
S Flexor longus pollicis manus.
T. T Ulnae, aut earum loci.
V. V Extremi tendines Ulnarium internorum, truncatorum.

W. W Abductores digitorum auricularium.
X Adductor oſſis metacarpi digiti auricularis.
Y. Y Ligamenta armillaria interiora.
Z. Z Flexores breves pollicum manuum.
Γ Videtur eſſe Opponens pollicis.
Δ. Δ Latiſſimorum dorſi in exteriora verſorum partes interiores. Θ. Θ eorum extrema tendinea.
Λ. Λ Teretes majores.
ΞΞ. ΞΞ Serrati magni.
Π. Π. &c. Coſtae, truncatae: inter quas muſculi Intercoſtales.
ΣΣ Thoracis interiora, coſtis & Intercoſtalibus muſculis obscure indicatis.
ΦΦ Diaphragmatis pars inferior. ΨΨ ejusdem truncatus margo.
Ω Foramen, quo ſtomachus exit.
α. α Renes.

Ambo juxta vertebrarum corpora, ea potiſſimum parte, qua magis extremae coſtae in poſteriora recurvantur, opportunam ſedem nacti ſunt; incumbuntque ſima ſui parte muſculis dorſi interioribus, quos ψόας Graeci dicunt, inanibus iis ſubjecti partibus, quae inter coſtarum extrema & os coxae interjectae ſunt: quanquam enim Renes à ſpina & vena maxima, quae ei innititur, diſtant; non tamen, ut alii ſcribunt, adeo ab ea recedunt, ut muſculos femoris & dorſi motores non tangant. De Ren. Cap. XI.

β. β Transverſi abdominis.
γ. γ Quadrati lumborum.
δ. δ Pſoae magni.
ε. ε Vertebrae lumborum, prima & ſecunda.
ζ. ζ Ligamenta inter corpora vertebrarum intercedentia.
η Os ſacrum.
θ Veſica, cum pene.
ι. ι Iliaci interni.
κκ. κ Criſtae oſſium ilium.
λ. λ Glutei minores.
μ. μ Tenſores vaginarum femorum, inverſi.
ν. ν Oſſa pubis, truncata.
ξ. ξ Pectinei, à principio truncati.
ο. ο Iſchia, truncata.
π. π Adductores breves femorum, à principio truncati.
ϱ. ϱ Adductores magni femorum.
σ. σ Adductores longi femorum, truncati.
ς. ς Vaſti interni.
τ. τ Crurales.
υφ. υφ Vaſti externi. υ hac parte in exteriora verſi pars interior. φ pars exterior.
χ. χ Rectorum crurum reſectorum extremi tendines, deorſum inflexi.
ψ. ψ Gemelli.
ω. ω Plantares.
1. 1 Solei.
2. 2 Tibiae.
3. 3 Peronei longi.
4. 4 Peronei breves.

5. 5 Fi-

5. 5 Fibulae.

Caeterum compagis ossium pedum extremorum fere nudae figura rudis exhibita.

N°. 2. COR, VENAE, ARTERIAE.

Venas & arterias interiores, & paucas etiam exteriores exhibet, ut per thoracem & abdomen, ac secundum musculos, ossa, &c. deductae sunt.

Quibus venis arteriae comites adjunctae sint, ex figura satis apparet: & peti quoque poterit ex arteriarum indice, quem venarum subjiciam.

1 Cor.

2 Auricula dextra cordis.

a Vena coronaria cordis minor, sive dextra; quae se cum majore conjungit. Vide S Tab. XVI. Fig. 1.

b. b Rami venae cordis coronariae majoris.

c Vena cava superior.

d Radix venae r Fig. 3. Tab. XXVII.

e. e Venae subclaviae; quae ubi ad axillas venerunt, axillares dicuntur.

f Vena thyreoïdea, quae se cum ramo venae jugularis internae dextrae conjungit.

g Radix venae l Fig. 3. Tab. XXVII.

h Radix venae n Fig. 3. Tab. XXVII. vel p Fig. 5. ibid.

i. i Venarum mammariarum radices. Vide l. l Fig. 12. Tab. XXVII.

k. k Venae jugulares internae, quae ramos per collum distribuunt, &c.

l Venae jugularis internae ramus, qui se mox bipartitur in venas m & r: quarum

m m. m m altera adscendit sub Biventre maxillae & Stylohyoïdeo, conscenditque deinde malam, posteaque oblique per genam perque nasi latus procedit ad frontem mediam, ibique cum pari sui alterius lateris confluit in venam o frontalem; antea autem ramos emittit ad inferiorem partem oculi, exteriora nasi, canthum majorem, supercilium. Cum hac vena m m conjungitur ramus n venae v, quae est ramus jugularis externae. Eadem vena m m producit ramum, à quo duae venae p & q: quarum altera p conjungit se cum ramo venae r, decurrente ad loca submaxillaria: altera q se rursus in duas dividit, ad labia perque ea decurrentes. Illa autem, quae per labium inferius decurrit, continuat se pari sui ex altero latere venienti.

r Alter ramus venae l pariter sub Biventre maxillae adscendit: antea tamen ramum dat, qui conjunctus cum vena p, decurrit ad loca submaxillaria.

s. s Rami venae jugularis internae, confluentes in venam unam, quae producit venam t, per foramen, quod vel in futurae lambdiformis additamento, vel juxta illud est, penetrantem ad sinum lateralem durae matris.

u Vena à jugulari interna accedens ad venam v, jugularis externae ramum ante auriculam adscendentem.

v Ramus venae jugularis externae, qui per exteriora Sternomastoïdei adscendens, post sub parotide procedit ante auriculam, ultraque eam sub cute: infra, supraque truncatus.

w. w Venae orientes à ramo venae r, qui pone maxillam adscendit, porroque sub Temporali per latus calvariae in periosteo ramos w. w distribuit.

x. x Radices venarum jugularium externarum.

y. y Radices venarum primarum, quas jugulares externae h & h i Tab. XXVII. Fig. 5. producunt.

z Vena, quae fit vena k Tab. XXIV. N°. 2.

α Vena, quae fit vena h Tab. XXIV. N°. 2.

β Vena, quae, ut videtur, procedit ad ſcapulae lunulam, quae eſt ad radicem proceſſus coracoïdei.

γ. γ Venae, quae ſe inter Serratos anticos & magnos demittunt.

ſ. ſ Venae, quae ſe inter Latiſſimos dorſi & Serratos magnos demittunt, ramorumque altero ad Latiſſimorum internam partem pertinent, altero ad Serratorum externam.

δ. δ *Trunci humerariarum & axillarium.* Explic. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. D. d.

εε. εε *Venae humerariae*, aliis cephalicae.

ζ *Venae communis ſuperficiariae radix*, facta ex conjunctione rami *humerariae* ε, & *axillaris externae.*

η Ramus *humerariae*, *qui in flexu cubiti jungitur cum profunda axillari.* Confer Expl. Tab. VIII. Fig. 1. G.

Humerariae Venae ramum, qui cum penitiori Axillari coit, inter eum muſculum, qui ab interno Humeri tuberculo enatus Radium in pronum circumvertit, & inter alium, qui Cubitum flectentium ſecundus ab eo numeratur, accuratius, quam hactenus fecerit, inquirat; in hac enim Cubiti ſede, illum Humerariae Venae ramum ſine dubio inveniet, ſiquidem nunquam deeſt, etiamſi admodum varia ſit ſuperficiaria venarum circa Cubiti articulum diſtributio. De Vena comm. prof. brach. Antigr. III.

θ θ Venae *axillares*, baſilicas dicunt.

ϑ. ϑ *Venae axillares externae* Euſt. de Ven. com. prof. brach. Antigr. IV. hoc eſt, venarum *axillarium* rami ſuperficiarii. Intermediis ramis conjuncti cum κ. κ *axillaribus profundis:* idque non eodem modo.

ι *Vena axillaris externa* ad poſtremum uno ramo conjuncta cum altero ramo eorum, in quos *axillaris profunda* diviſa eſt: altero cum ramo *humerariae*, ex quo fit *vena communis ſuperficiaria* ζ.

κ. κ *Venae axillares profundae, quae plerumque oriuntur ſupra medium longitudinis humeri, & interdum altius vel humilius.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. L. l.

Axillaris profunda gemina eſſe ſolet, & arteriam hinc inde complecti. Interdum utraque ejus pars, in medio fere ductu in unam coit; deinceps illico bipartitur; & circa cubiti flexum iterum unitur: quod Veſalius ignorat. Expl. Tab. VIII. Fig. 1. M.

Axillaris profunda ſupra humeri medium, in duas partes arteriam utrinque complectentes dividitur; ex quibus circa cubiti flexum una efficitur; non ſolum ut in ſecunda figura (Tab. VIII.) *cernitur; ſed variis etiam modis, quorum nullus à Veſalio deſcribitur, aut pingitur.* Expl. Tab. VIII. Fig. 2. m.

Nimis ſane oſcitanter profundum Axillaris Venae ramum κ *deſcripſit, qui circa medium Humeri, atque etiam interdum parum infra, vel ſupra medium ejusdem, fere ſemper in duas propagines ſcinditur, quae arteriam hinc inde complexae ſub Cubiti articulum, non longe tamen ab eo invicem ſemel, & interdum etiam iterum, & cum tertio quodam Humerariae ramo, ab eo, qui ſub cute communem Venam conſtituit, enato, uniuntur, paululumque progreſſae rurſus in tres propagines dirimuntur, quarum una o Veſalio incognita bifariam ſciſſa, altera parte* (σ Tab. XXVI. N°. 2.) *amplum ligamentum*

Ra-

Radio Ulnaeque commune perreptat; altera (τ Tab. XXVI. N°. 2.) *eodem ligamento perforato, in exteriorem Ulnae ſedem diſtribuitur* (μ Tab. XXIV. N°. 2.): *aliae vero duae, non ſecus quam arteria diremtae, ad extremam uſque manum una cum ea progrediuntur*, ϐ. ϐ: τ. υ. De Ven. comm. prof. brach. Antigr. I.

λ. λ Rami ad Bicipitem brachii.

μ Venae *axillaris profundae* ramus, qui cubiti articulum praetergreſſus, cum *vena communi profunda* ſe conjungit. Ab hoc ramo *ſurculi principiis muſculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo*, Pronatoris teretis, Radialis interni, Sublimis, *tributi.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. N. n. Confer ι Tab. XXVI. N°. 2.

ν In ſiniſtro brachio, ubi ramus μ non adeſt, & *axillaris profunda* diutius diviſa manet, rami illi ad interiorem partem Pronatoris teretis, Radialis interni, Sublimis, ſeparatim oriuntur ab eodem ramo diviſionis *axillaris profundae*, à quo in dextro brachio vena μ.

Axillaris profunda in flexu cubiti, aliquos ſurculos principiis muſculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo, tribuit. Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. N. n.

ξ *Vena communis profunda, quae videtur dividi in tres ramos, contra Veſalii opinionem.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. P. p. Facta ex *congreſſu axillaris profundae & rami ab humeraria communem venam conſtituente orto.*

ο. ο Venae σ. ς Tab. XXVI. N°. 2. *Medius ramus venae communis profundae, qui à Veſalio nec deſcribitur, nec pingitur; inter muſculos ſecundum, & tertium digitorum internodium flectentes, totam membranei ligamenti ulnae, & radii longitudinem perreptans, muſculis ei incumbentibus ſurculos tribuit; & interdum geminus exiſtens arteriam hinc inde comprehendit.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. S. s.

ϐ. ϐ *Elatiores venarum communium profundarum rami*, Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. R. r; quos venas radiales appellamus. Dextra vena ſimplex, in vola continuat ſe ulnari, arcus ☙ forma. Producit ramos π. π ad Supinatorem longum, & Profundum. Poſteaque, antequam ad manum venerit, ramum ϛ, qui ſub Abductore longo pollicis & Extenſore minore procedit ad dorſum manus, ubi inter principia Abductoris indicis & Interoſſei ejusdem prioris penetrat ad volam; per cujus deinde profunda ramos diſtribuit. Poſtquam autem inter principia Abductoris indicis & Interoſſei ejusdem prioris ingreſſus eſt, dat ramum ς, qui uno ramo pertinet ad indicis latus illud, quo pollicem ſpectat; altero ad pollicem, eoque ſe conjungit cum vena ex arcu ☙ orta.

In ſiniſtro autem brachio exhibuit venam radialem mox in duas diviſam, unius arteriae comites, quam mediam continent. Earumque altera σ ad dorſum manus procedit, reſpondens venae ϛ. Illiusque venae σ ramus eſt vena ς, eadem quae ς manus dextrae, ſed ad indicem ſolum pertinens.

Elatior venae communis profundae ramus, juxta radium incedens, non raro, ſicut humilior, geminus eſt, & ſub muſculo brachiale ad magnum digitum flectente deorſum procedens, vicinisque muſculis propagines offerens, in internam ſedem pollicis, vel indicis diſtribuitur. Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. R. r.

τ *Humilior venae communis profundae ramus*, Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. Q. q; quem venam ulnarem dicimus. In vola ſe continuat radiali ϐ, arcus forma; ex quo ☙ arcu rami ad digitos pollicemque, ut ex figura ſatis apparet.

υ In ſiniſtro brachio venae ulnaris unius loco, duae ſunt, mediam arteriam continentes. Apparet ex figura ortus earum, & mox ab ortu conjunctio ramo intermedio. Apparet decurſus ad volam, perque eam ramorum ad digitos pollicemque; aliter quam in manu dextra, quo varietas indicata.

Humilior venae communis profundae ramus, juxta ulnam incedens, non ſemper unus eſt; ſed interdum geminus exiſtens (quod Veſalius non animadvertit) comprehendit in medio arteriam, & ſub muſculo in octavum brachialis os inſerto procedens, vicinisque ſoboles offerens, in internam manus ſedem diſpenſatur; & omnibus digitis, vel quatuor, vel etiam paucioribus, ſurculos offert. Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. Q. q.

φ Vena cava inferior.

χ. χ Venae diaphragmaticae.

ψ ψ ψ Radices venarum hepaticarum. Vide b. b. c. c. c. c Fig. 1. Tab. XXVII.

ω *Venula orta à dextra parte cavae venae ſupra emulgentem, & in pinguem dextri renis membranam diſtributa.* E Fig. 1. Tab. 1.

Vena Cava, ubi primum adhuc ex Hepate emergens ſublimis ad ſpinam flectitur, ramum quendam ex dextro quidem latere producit, non, veluti alii ſcribunt, ex ſiniſtro; qui numeroſa ſerie in pinguem dextri Renis tunicam, non autem ſiniſtri digeritur. De Ren. Cap. XV.

Γ *Venula, vel à cava, vel à ſuprema parte emulgentis dextrae ortum ducens; quae partim in ſeptum transverſum, partim in glandulam reni dextro incumbentem; partim in ſupernam regionem ſubſtantiae renis diſtribuitur.* F Fig. 1. Tab. 1.

Cava vena, juxta eminentiorem ſedem ſubjectae venae dextrum Renem adeuntis, non raro propaginem emittit, quae in proximam Septi transverſi regionem, nec non & in ſuperiorem partem ſubſtantiae Renis ejusdem lateris, ac denique in glandulam ſibi incumbentem ſurculos ſpargit: quam quidem propaginem, quod ſciam, nemo Anatomicus deſcripſit. De Ren. Cap. XV.

Δ. Δ Venae emulgentes.

Solet in hominibus & in ſimiis una vena unaque tantum arteria utrique Reni magna ex parte contingere. De Ren. Cap. XV.

Conſueverunt venae & arteriae Renum magna ex parte non prius in ramos diſcindi, quam eorundem cavum ingreſſae ſunt. De Ren. Cap. XVII.

Θ *Venula à ſuperiori latere ſiniſtrae emulgentis venae in medio ductu nata; quae diſtribuitur partim in ſeptum transverſum; partim in glandulam reni ſiniſtro incumbentem, partim in ſuperiorem regionem pinguis tunicae renis.* P Fig. 1. Tab. 1.

Λ *Venula originem ducens à ſuperiori latere emulgentis ſiniſtrae juxta renem; diſſeminata in inferiorem partem pinguis tunicae ejusdem.* T Fig. 1. Tab. 1.

Vena, quae ſiniſtrum Renem adit, ex ſuperiore & inferiore ſede ramos emittit; ex ſuperiore utplurimum conſuevit, alterum quidem Θ in medio ſuae longitudinis ductu, alterum vero Λ juxta ipſius inſertionem producere; ex quibus prior Θ in ſuperiorem partem membranae pinguis, uſque ad Renis longitudinis medium, & in ipſam glandulam Reni incumbentem, (R Fig. 1. Tab. 1.) *ac denique in ipſum Septum transverſum ſurculos ſpargit, qui interdum inſignes occurrunt, & cum ejusdem Septi venis, mira Naturae ſolertia, coëunt atque uniuntur; poſterior vero idemque ſuperior ramus Λ, in humiliorem pinguis tunicae regionem digeritur; inferiore vero loco Emulgens vena ex*

media

media ſede vas Seminarium (Ξ ſin.) *producit: quod etiam dextra, raro tamen, imitatur: multo vero rarius in utraque ſimul Emulgente hoc fieri conſpicimus: & haec quidem ea vaſorum diſtributio eſt, quae frequentius occurrit.* De Ren. Cap. XVI.

Ξ.Ξ Venae ſpermaticae: quarum ſiniſtra ab emulgentis venae ſiniſtrae inferiore parte oritur: dextra à dextra parte venae cavae, aliquantum infra emulgentem dextram. Apparent rami, quos emittunt ad partes, juxta quas incedunt. Apparent quoque rami, quibus cum arteriis ſpermaticis junguntur: aliaque ſiniſtrae cum comite arteria conjunctio; de quibus vide W. X Fig. 1. & R. S Fig. 3. Tab. XII.

Π.Π.Π.Π.Π.Π Rami venarum lumbalium; tertiarum, quartarum, quintarum.

Σ.Σ Venae iliacae.

Φ Venula, quae ab iliaca ſiniſtra oriens, per poſteriorem partem pelvis diſtribuitur: quales ſaepe duae vel tres.

Ψ Vena ſimilis, quae hic ſe conjungit cum hypogaſtricarum ramis.

Ω.Ω Venae hypogaſtricae.

A. A Venarum hypogaſtricarum rami per poſteriorem partem pelvis decurrentes, ſeſeque & inter ſe conjungentes, & cum vena Ψ.

B. B Rami venarum hypogaſtricarum, qui per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, exeunt ad nates.

C. C Venarum hypogaſtricarum rami per priora veſicae decurrentes; ubi diverſimode diviſi, rurſusque conjuncti: circa penis autem radicem confluunt in venam unam D. Vide g. g. k Fig. 1. Tab. XII.

E Vena, quae ab iliaca aliquantum infra hypogaſtricam orta, procedit ad priorem partem veſicae, conjungitque ſe cum vena C. Vide i Fig. 1. Tab. XII.

F. F Venarum hypogaſtricarum rami l. m Fig. 1. Tab. XII. qui circa radicem penis confluunt cum vena D; ex quo fit

G Vena per dorſum penis decurrens. Vide n Fig. 1. Tab. XII.

H. H Venarum iliacarum rami, qui per priora Pſoarum & Iliacorum internorum decurrunt.

I. I Radices venarum epigaſtricarum, z. z Fig. 12. Tab. XXVII.

K. K Radices venarum ſaphaenarum.

L. L Venae crurales, quae ramos per femora diſtribuunt; quorum varietas in duobus femoribus indicata.

M. M Rami ad Iliacos internos.

N. N Ad Tenſores vaginarum femorum.

O. O Ad Crurales.

P. P. P. P. P. P Ad Vaſtos externos.

Q. Q Ad Vaſtum internum.

R. R Ad Adductores breves femorum.

S. S. S. S. S Ad Adductores magnos femorum.

T. T. T. T Hi rami ſe in duos dividunt, unius arteriae comites, quam mediam continent.

V Venae popliteae ramus N Tab. XXIV. N°. 2. qui in ſuperiore parte cruris inter tibiam & fibulam in priora penetrans, decurrit deinde ſecundum membranam cruris oſſibus interjectam, poſteaque ſecundum tibiam, ultraque eam per dorſi pedis extremi profunda. W Ramus ejus ad plantam penetrans.

X Venae mododictae V varietas. Haec se mox dividit in duas, unius arteriae comites, quam mediam continent. Deinde quoque ramis suis discrepat à vena V, in crure pedeque extremo.

3 Arteria pulmonaris.

4 Arteria aorta.

5 Cordis arteria coronaria dextra. Vide R Fig. I. Tab. XVI. Ramos comites adjungit ramis venae a coronariae minoris.

Venis b. b comites sunt rami arteriae coronariae sinistrae.

6 Radix communis, quae dein abit in radicem communem arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae, & in carotidem sinistram.

7 Arteria subclavia sinistra.

8 Radix communis arteriae subclaviae dextrae & carotidis dextrae.

9. 9 Arteriae carotides. Comites venis k. k jugularibus internis.

10. 10 Arteriae carotidis externae ramus, qui comes primum venae m, cum ea pone Biventrem maxillae & Stylohyoïdeum adscendit, conscenditque malam: postea autem comes venae q, cum ea dividit se in duas, ad labia perque ea decurrentes. Quae per labium inferius decurrit, continuat se pari sui ex altero latere venienti.

11 Ramus arteriae carotidis externae: à quo 12 ramus ad loca submaxillaria: cui ramus venae r comes. 13. 13 Alius, qui pone Biventrem & Stylohyoïdeum adscendit, comes deinde venae v, cum qua ante auriculam adscendit, ultraque eam sub cute. 14 Alius, qui est b Tab. XXIV. N°. 2. Alius 15, qui retrorsum procedit sub Trachelomastoïdeo, Splenio capitis, Cucullari: post per Cucullarem, ubi is à cranio oritur, penetrat, & per occiput adscendit: c Tab. XXIV. N°. 2.

Ab arteria 13 oritur ramus, qui una cum illo ramo venae r, à quo venae w. w producuntur, adscendit pone maxillam, porroque sub Temporali in periosteo per latus calvariae cum venis w. w distributus.

16 Est arteria 12 Tab. XXVI. N°. 2. ramos suos comites adjungit venae f ramis.

17. 17 Radices arteriarum mammariarum, m. m Fig. 12. Tab. XXVII. comites venarum mammariarum radicibus i. i.

Venae z comes arteria, quae fit k Tab. XXIV. N°. 2. An ejusdem arteriae rami in sinistro latere comites ramis venae jugularis internae retrorsum per humerum incedentibus?

Venae β comes arteriae subclaviae ramus, qui, ut videtur, procedit ad scapulae lunulam, quae est ad radicem processus coracoïdei.

18 Arteria ad Pectoralem & Deltoïdem procedens. Ramum comitem adjungit venae γ ramo.

Venae γ sin. comes arteria, quae se cum ea inter Serratum anticum & magnum demittit.

Venis $\int . \int$ comites arteriarum axillarium rami, qui se cum iis inter Latissimos dorsi & Serratos magnos demittunt, alteroque ramo ad Latissimorum internam partem, altero ad Serratorum externam pertinent.

19. 19 Arteriae axillares, quae deinde brachiales vocantur. Comites venis $\theta\kappa . \theta\kappa$.

Venis $\lambda . \lambda$ comites arteriae ad Bicipitem brachii.

Venis $\mu . \nu$ arteriae comites, ramisque ipsarum.

20. 20 Arteriae 19. 19 Tab. XXVI. N_o. 2. Comites venis o. o.

21. 21 Ar-

21. 21 Arteriae radiales. Comites venis radialibus ϑ. ϑ.

Venis π. π comites arteriae radialis rami ad Profundum, & Supinatorem longum.

Venis ϱ. σ comites arteriarum radialium rami; qui ſub Abductoribus longis pollicum manuum & Extenſoribus minoribus procedunt ad dorſum manuum, ubi inter principia Abductorum indicum & eorundem Interoſſeorum priorum penetrant ad volas, per quarum deinde profunda ramos diſtribuunt.

22. 22 Rami arteriarum illarum, quae comites ſunt venis ϱ. σ: quos ramos arteriae illae dant, poſtquam inter principia Abductorum indicum & eorundem Interoſſeorum priorum ingreſſae ſunt. Comites venis ς. ς. Sed in manu dextra etiam ramum pollici dat, ut comes vena ς.

23. 23 Arteriae ulnares, comites venis ulnaribus τ. υ. In dextro brachio exhibita arteria ulnaris radiali in manu continuata arcus ſpecie, ut venae, ⌀: ex quo arcu pariter rami cum venis ad digitos pollicemque.

24. 24. 25 Arteria aorta deſcendens. 25 exitus ipſius è Diaphragmate.

26. 26. 26 Arteriae diaphragmaticae, quae ramos ramis venarum diaphragmaticarum χ. χ comites adjungunt.

27 Radix arteriae coeliacae.

28 Radix arteriae meſentericae ſuperioris.

29. 29 Arteriae emulgentes. Comites venis emulgentibus Δ. Δ.

30. 30 Arteriae ſpermaticae. Apparent rami, quibus unitae cum venis Ξ. Ξ ſpermaticis, quibus ſe comites adjungunt. Exhibita quoque alia in ſiniſtro latere arteriae cum vena comite conjunctio: Vide W. X Fig. 1. & R. S Fig. 3. Tab. XII.

31 Radix arteriae meſentericae inferioris.

32. 32 Arteriae iliacae, comites venis iliacis Σ. Σ.

33. 33 Arteriae hypogaſtricae, quae cum venis hypogaſtricis Ω. Ω procedunt.

34 Radix arteriae umbilicalis ſiniſtrae. Eadem in dextro latere.

Dein arteriae hypogaſtricae dant ramos, qui comites venis B. B, cum iis per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, exeunt ad nates.

35. 35 Arteriarum hypogaſtricarum rami, qui decurrunt per priorem partem veſicae, permiſti venis C. C.

36. 36 Arteriarum hypogaſtricarum rami, qui per penis dorſum incedunt. Vide u. u Fig. 1. Tab. XII. Comites venae G.

Venis H. H comites arteriarum iliacarum rami, qui per priora Pſoarum & Iliacorum internorum decurrunt.

37. 37 Radices arteriarum epigaſtricarum. Vide α. α Fig. 12. Tab. XXVII. Comites radicibus venarum epigaſtricarum I. I.


38. 38 Arteriae crurales, quae cum venis cruralibus L. L, quas comitantur, ramos per femora diſtribuunt, ipſarum ramis M. M. N. N. &c. ubique comites.

39 Arteriae popliteae ramus N Tab. XXIV. N°. 2. qui in ſuperiore parte cruris inter tibiam & fibulam in priora penetrans, decurrit deinde ſecundum membranam cruris oſſibus interjectam, poſteaque ſecundum tibiam, ultraque eam per dorſi pedis extremi profunda. Comes venae V. Producit ramum, qui venae W comes, ad plantam penetrat.


40 Arteriae popliteae ramus idem modo dictus 39. cujus varietas hic indicata: ab illa enim, quae in dextro crure exhibita, discrepat ramis suis in crure, pedeque extremo. Comes venae X.




TA-



TAB. XXVI. Nº 1.



TAB. XXVI. Nº 2.



TAB. XXVI.

TABULA XXVI.

Nº. 1. MUSCULI, &c.

a Zygoma.
b Maſſeter.
c Maxilla inferior.
d Oſſeus auris introitus.
e Splenius capitis.
f Videri poſſit aut Splenii pars interior, aut Trachelomaſtoïdeus eſſe.
g.g Videntur eſſe Levatores ſcapularum. h.h an eorundem partes interiores?
i Rudis adeo haec figura, ut an aliquid quidem ſignificet, non facile videatur ſuſpicari.
k.k Proceſſus transverſi vertebrae colli ſeptimae à capite.
l.l Proceſſus transverſi vertebrae ſextae à capite.
m.m.m Proceſſus transverſi vertebrarum colli à capite quintae, quartae, tertiae.
n Videtur eſſe rudis indicatio Recti interni majoris capitis.
o Pharyngis rudis videtur indicatio eſſe.
p Cartilaginis thyreoïdeae rudis indicatio.
q.q Cricothyreoïdei.
r Glandula thyreoïdea.
s Aſpera arteria.
t.t Claviculae, truncatae.
u Subſcapularis.
v.v Teretes majores.
w.w Deltoïdei.
x.x Coracobrachiales.
y Tricipitis brachii pars, quae Longus appellatur.
z Tricipitis brachii pars, quae Brachialis externus appellatur.
A Tricipitis brachii partes, quarum alteri Longi, alteri Brachialis externi nomen eſt, non diſtinctae à ſe invicem.
B.B Bicipites brachiorum, truncati & modice reflexi.
C.C Brachiales interni.
D.D Pronatorum teretum capita, truncata & reflexa.
E.E Radialium internorum capita, truncata & reflexa.
F.F Sublimium capita, truncata & reflexa.
G.G Videntur partes eſſe Profundorum.
H.H Supinatores longi, truncati.
I.I Radiales externi.
K.K Radii.
L.L Ulnae.
M.M Profundi, truncati & inverſi.
NO.NO Pronatores quadrati. N principium truncatum, O extremum truncatum.
P.P Supinatorum longorum extrema, truncata.
Q.Q Niſi pollicum manuum Abductores longi ipſi ſunt, loci ſunt eorum.
R.R Truncati tendines Flexorum longorum pollicum manuum.

S.S Truncati tendines Profundorum.
T.T Truncati tendines Sublimium.
V.V Ligamenta armillaria interiora.
W.W Flexores breves pollicum manuum.
X.X Tendines Flexorum longorum pollicum manuum.
Y.Y.Y.Y.&c. Tendines Sublimium.
Z.Z Adductores oſſium metacarpi digitorum auricularium.
α.α Abductores digitorum auricularium. Eſt certe locus eorum.
β.β Latiſſimi dorſi.
γ.γ Thoracis exterioris partis rudis indicatio.
δ ε ζ. &c. Thoracis interiora.
δ.δ. &c. Intercoſtales interiores.
ε.ε. &c. Coſtae.
ζ.ζ. &c. Intercoſtales exteriores. Qui etiam in dextro latere inter margines poſticos Intercoſtalium interiorum & ſpinam. Vide Tab. XXXVIII.
η Ligamentum, intercedens inter corpora vertebrarum dorſi duodecimae & undecimae.
θ Corpus vertebrae dorſi duodecimae. Aliquot praeterea vertebrae dorſi cum ligamentis imperfecte indicatae.
ι.ι. &c. Vertebrae quinque lumborum.
κ Ligamentum, intercedens inter corpora duarum inferiorum vertebrarum lumborum.
λ Ligamentum intercedens inter corpus vertebrae imae lumborum & ſummae oſſis ſacri.
μ.μ Transverſi abdominis.
ν.ν Criſtae ilium.
ξ.ξ Glutei minores.
ο.ο Iliaci interni.
π.π Pſoae magni, truncati.
ϱ.ϱ Oſſa pubis.
σ Synchondroſis oſſium pubis.
ς.ς Videntur eſſe truncata capita Gracilium ſimul & eorum, quos Adductores femorum longos & breves appellamus.
ϛ.ϛ ϛ Obturatores externi.
τ.τ τ Pectinei, truncati.
υ.υ Adductores femorum breves, truncati.
φ.φ Adductores femorum longi, truncati.
χ.χ Adductores magni femorum.
ψ.ψ Vaſti interni.
ω.ω Crurales.
Γ.Γ Vaſti externi.
Δ.Δ Rectorum crurum tendines extremi, truncati & deorſum flexi.
Θ.Θ Peronei longi.
Λ.Λ Peronei breves.
Ξ Fibula.
Π.Π Tibiae.
Σ.Σ Gemelli.
Φ Plantaris.
Ψ.Ψ Solei.

Ω Tendo achillis.
1 Flexor longus digitorum pedis.
2 Flexor longus pollicis pedis.
3 Tibialis posticus.
4 Abductor pollicis pedis.

N°. 2. VENAE ET ARTERIAE.

Haec quoque Tabula venas & arterias interiores, paucasque exteriores, ut per thoracem & abdomen, ac secundum musculos, ossa, &c. deductae sunt, exhibet: praecipue autem profundiores, quam proximae superioris Tabulae: varietates quoque quarundam Tabulae illius.

Ex ipsa figura quoque apparet quibus venis comites adjunctae arteriae sint: idemque peti pariter ex arteriarum indice poterit, quem venarum indici subjiciam.

a Vena cava superior, statim infra ortum azygae recisa.
b Radix venae r Fig. 3. Tab. XXVII.
c. c Venae subclaviae.
d Radix venae f Tab. XXV. N°. 2.
e Radix venae l Fig. 3. Tab. XXVII.
f Radix venae n Fig. 3. Tab. XXVII. vel p Fig. 5. ibid.
g Radix venae mammariae dextrae, l Fig. 12. Tab. XXVII. Similis in latere sinistro.
h. h Radices venarum jugularium internarum, k. k Tab. XXV. N°. 2.
i Radix venae jugularis externae dextrae.
k. l Gemina radix, qua vena vertebralis dextra oritur. Vide l. k Fig. 7. Tab. XXVII.

Arteriae & venae vertebralis *dispensatio in origine ut plurimum varia occurrit.* Ossium exam.

m Truncus venae vertebralis dextrae, natus ex conjunctione radicum k & l; quas etiam, priusquam se conjungant, ramo intermedio conjunctas exhibet. Haec una cum comite arteria 11 intrat foramen processus transversi vertebrae sextae à capite.

Quamvis (arteriae & venae vertebralis *dispensatio*) *in origine ut plurimum varia occurrat, nihilominus fere semper à sexta Vertebra incipere solet, nullo vase per foramen septimae trajecto.* Ossium exam.

n Venae vertebralis dextrae ramus, extra canalem vertebralem adscendens.
o Vena vertebralis sinistra, quae, nulla comitante arteria, intrat foramen, quod est in processu transverso vertebrae colli septimae à capite.
pp Vena vertebralis alia, quae una cum arteria comite intrat foramen, quod est in processu transverso vertebrae sextae à capite.

Nisi fortasse (*quod interdum evenit*) *vena, antequam ejusmodi foramina ingrediatur, in duos scindatur ramos, tunc enim ipsorum major sextae Vertebrae foramen penetrat, minor vero septimae, quam tamen aut nulla arteria comitatur, aut adeo obscura, ut ipsius nulla prorsus ratio sit habenda: hinc evenire reor, saepe foramina septimae vertebrae esse minora iis, quae in sexta cernuntur: fit etiam aliis modis ejusmodi vasorum dispensatio.* Ossium exam.

q. q *Trunci humerariarum & axillarium.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. D. d.
rrrs An huc pertinent Eustachii haec? *A magna Venae Cavae, quae in Ju-*

gulo fit, diviſione primum Jugularis interna, (in Simia) *contra quam in Homine, externa longe minor producitur; deinde inſignis hujus diviſionis ramus biſariam, nimirum infra in Axillarem* w; *ſupra in Humerariam* r r r *ſcinditur, ab Humeraria ilico Jugularis externa* ſ, *plerumque initio biſida* s, *ſimulque Claviculae, foraminis inſtar, viam praebens, oritur, quod admonere libuit, non modo ut Anatomiae Sectatores intelligerent; externam hanc Jugularem nullum in Homine cum Humeraria, quae poſt illam propagatur, niſi ad Naturae minime conſueta quis confugiat, commercium habere; verum etiam* &c. De vena comm. prof. brach. Antigr. 1. Vide etiam i k l Fig. 5. Tab. XXVII.

t. t *Vena humeraria*, cephalica vulgo.

u. u *Humerariarum, parum ſupra cubitorum flexum in duos ramos diviſarum, rami interiores, qui cum axillarium ramis conjuncti, communes venas efformant.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. F. f.

v *Venae communis ſuperficiariae radix.* Ibid. H. h.

w. w Venae *axillares*, quas baſilicas dicunt.

x. x Radices venarum ſ. ſ Tab. XXV. N°. 2.

y Venae x ramus ſuperficiarius, ſeſe conjungens cum *axillaris externae* principio.

z. α *Venae axillaris* rami, z ad Coracobrachialem, α ad Bicipitem brachii.

β. β *Venae axillares externae* Euſt. de ven. comm. prof. brach. Antigr. IV. hoc eſt, *venarum axillarium* rami ſuperficiarii.

γ Ramulus, quo vena *axillaris externa* conjuncta cum *axillari profunda.*

δ Alius ramus, quo vena *axillaris externa* ſe conjungit cum *axillaris profundae* ramo ι.

ε Venae *axillaris externae parum ſupra internum humeri tuberculum in duos ramos diviſae*, ramus exterior, qui *cum altero humerariae ramo* u *conjunctus communem ſuperficiariam* v *conſtituit.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. K k.

ζ Duae venae, quae ſunt loco *axillaris profundae.* Fere in medio humero conjungunt ſe, poſt rurſus diviſae, in cubiti demum principio confluentes in unam.

η Vena *axillaris profunda*, Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. L. l. Circa mediam hic humeri longitudinem oritur: poſt, antequam ad cubitum venerit, ſe in duos ramos dividit, rurſus deinde in cubiti principio confluentes in unum. Confer Expl. Tab. VIII. Fig. 2. m.

Nimis ſane oſcitanter profundum axillaris venae ramum deſcripſit, qui circa medium Humeri, atque etiam interdum parum infra, vel ſupra medium ejusdem, fere ſemper in duas propagines ſcinditur, quae arteriam hinc inde complexae ſub Cubiti articulum, non longe tamen ab eo invicem ſemel, & interdum etiam iterum, & cum tertio quodam Humerariae ramo v, *ab eo* u, *qui ſub cute communem Venam conſtituit, enato, uniuntur, paululumque progreſſae rurſus in tres propagines dirimuntur, quarum una* σ *Veſalio incognita biſariam ſciſſa, altera parte* σ *amplum ligamentum Radio Ulnaeque commune perreptat; altera* τ *eodem ligamento perforato, in exteriorem Ulnae ſedem diſtribuitur* (μ Tab. XXIV. N°. 2.): *aliae vero duae* π. ϱ *non ſecus quam arteria diremptae, ad extremam uſque manum una cum ea progrediuntur* (ϑ. τ Tab. XXV. N°. 2.). De vena comm. prof. brach. Antigr. 1.

θ. θ: θ Rami ad Bicipites brachiorum.

1 *Ve-*

ι *Venae axillaris profundae* ramus, qui circa condylum posteriorem humeri ab altera venarum, in quas vena illa profunda se dividit, ortus, acceptaque vena δ à vena *axillari externa*, ad cubitum procedit, ubi cum vena *profunda communi* confluit. Ab *hoc* ramo *surculi principiis musculorum, qui oriuntur ab interno humeri tuberculo, tributi*; Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. N. n: nempe κ ramus ad Pronatorem teretem, λ ad Radialem internum & Sublimem, μ ad Ulnarem internum. Confer μ Tab. XXV. N°. 2.

ν *Interioris rami humerariae, parum supra cubiti flexum in duos ramos divisae, propago, quae in flexu cubiti jungitur cum profunda axillari.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. G.

ξ Ramus *vel ab humeraria communem venam constituente, vel* ξ *ab ipsa communi* (nisi modo à ramo ε *axillaris externae*) *ortus, qui cum axillari profunda conjungitur.* Vide O. o Fig. 1. & 2. Tab. VIII.

Humerariae Venae ramum, qui cum penitiori Axillari coit, inter eum musculum, qui ab interno Humeri tuberculo enatus Radium in pronum circumvertit, & inter alium, qui Cubitum flectentium secundus ab eo numeratur, accuratius, quam hactenus fecerit, inquirat; in hac enim Cubiti sede, illum Humerariae Venae ramum sine dubio inveniet; siquidem nunquam deest, etiamsi admodum varia sit superficiaria venarum circa Cubiti articulum distributio. De Vena comm. prof. brach. Antigr. III.

ο.ο *Venae communes profundae, quae videntur dividi in tres ramos, contra Vesalii opinionem.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. P. p. Factae ex *congressu axillarium profundarum & ramorum,* ν *vel ab humeraria communem venam constituente,* ξ *vel ab ipsa communi* (nisi modo à ramo ε *axillaris externae*) *ortorum.*

π.π Radices venarum radialium, ϑ.ϑ Tab. XXV. N°. 2.

ϱ.ϱ Radices venarum ulnarium, τ.υ Tab. XXV. N°. 2.

σ.ς *Medius ramus venae communis profundae, qui à Vesalio nec describitur, nec pingitur; inter musculos secundum, & tertium digitorum internodium flectentes, totam membranei ligamenti ulnae, & radii longitudinem perreptans, musculis ei incumbentibus surculos tribuit; & interdum* ς *geminus existens arteriam hinc inde comprehendit.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. S. s.

τ.τ *Propago à praedicto medio ramo venae communis profundae, circa quartam ulnae partem orta; quae ligamentum membraneum ulnae, & radii perforans, ad posteriora transit, & in musculos ab ulna procedentes, aliosque eidem incumbentes distribuitur* (μ.μ Tab. XXIV. N°. 2.): *haec propago, quae interdum gemina est, & arteriam mediam comprehendit, oscitanter à Vesalio praetermittitur.* Expl. Tab. VIII. Fig. 1. & 2. T. t.

υ Venae ejusdem ς ramus ad dorsum cubiti penetrans; ubi fit ν Tab. XXIV. N°. 2.

φφ Vena azyga.

In Homine haec Vena recto tramite non incedit, sed super dextrum truncum Arteriae Asperae, dextrorsum quidem parum, retrorsum vero multum, versus spinam flectitur, & ubi Vertebrarum radices attingit, incipit extolli, & ad medium earum progredi, quod pervenit circa octavam vel nonam Thoracis Vertebram, eoque loco est plane in medio, & sub Arteria condita deorsum ad finem usque Thoracis, prius tamen bifariam divisa, proficiscitur. De vena sine pari, Antigr. XII.

Vena Azygos, è regione octavae aut decimae thoracis vertebrae, in duos ramos, dextrum ſcilicet ac ſiniſtrum, ſcinditur; hi deorſum repunt, & Septum tranſverſum praetereunt, ſuarumque uterque propaginum vel una tantum, vel pluribus vario modo inſeritur, ſcilicet aut in poſteriorem ſedem Cavae, juxta ortum Emulgentis, aut in ipſam Emulgentem, & praeſertim in ſiniſtram, (neque enim memini hoc idem me unquam in dextra obſervaſſe) retro, ſupra, infra; ea nimirum in parte, qua venam Seminariam ipſa procreat. De Ren. Cap. XVI.

χ Azygae ramus, qui mox abit in duas venas intercoſtales dextras, tertiam & quartam.

ψ. ω. Γ. Δ. Θ. Λ. Ξ. Π Sequentes octo venae intercoſtales dextrae, quas azyga dat, ψ quinta, ω ſexta, Γ ſeptima, Δ octava, Θ nona, Λ decima, Ξ undecima, Π duodecima.

Σ Azygae ramus, qui mox abit in duas venas intercoſtales ſiniſtras, Φ tertiam, & Ψ quartam.

Ω Azygae ramus, qui mox abit in venas intercoſtales ſiniſtras duas, A quintam, & B ſextam.

CC Azygae ramus, qui eſt vena intercoſtalis ſiniſtra ſeptima.

DD Azygae ramus, qui vena intercoſtalis ſiniſtra octava.

EE Azygae ramus, qui vena intercoſtalis ſiniſtra nona.

F Azygae, è regione octavae thoracis vertebrae ſe in duos ramos dividentis, ramus ſiniſter, qui abit in venas intercoſtales ſiniſtras, G decimam, H undecimam, &, ut videtur, I duodecimam.

Intercoſtales rami Venae ſine Pari, quum primum ab hac originem traxerunt, una cum arteriis inter membranam ſuccingentem, & muſculos Intercoſtales exteriores primo feruntur; quandoquidem interiores ad radices Coſtarum non pertingunt; deinde paululum progreſſi ab utroque horum muſculorum genere medii comprehenduntur. De Vena ſine pari, Antigr. XVIII. Quod in latere dextro exhibet: nam in ſiniſtro remoti muſculi Intercoſtales interni.

K Vena, qua conjunctae intercoſtalium ſiniſtrarum undecima & duodecima.

Venae intercoſtales *in itinere multis in locis, praecipue autem circa poſteriorem Dorſi partem, ſimul commiſcentur.* De vena ſine pari, Antigr. XVIII.

L. L. L. L Venae intercoſtales *perforatis muſculis, qui in ea parte ſunt, inter eos digeruntur, atque etiam ſub cute adipem perreptant, quod ſilentio praetereundum vel ob eam cauſam non erat, quia muſculi poſteriori Dorſi ſedi incumbentes, ab iis ramis extra erumpentibus alimentum plerumque ſumunt.* De vena ſine pari, Antigr. XVIII.

M. M *Venae* ſine pari *poſtremi rami plerumque cum primis Lumborum venis, è regione ſecundae ipſorum Vertebrae pullulantibus, commiſcentur, atque junguntur.* De vena ſine pari, Antigr. XVII.

N Vena cava inferior, mox ſupra emulgentium ortum reciſa.

O. O Radices venarum emulgentium.

P Radix venae ſpermaticae dextrae.

Q. Q Venae iliacae.

R. R. R. R. R: R. R. R. R. R Quinque ab utroque latere venae lumbales. In ſiniſtro latere tertia & quarta conjunctae inter ſe.

Primae Lumborum venae, è regione ſecundae ipſorum Vertebrae pullulant. De vena ſine pari, Antigr. XVII.

S. S. S. S Ve-

S. S. S. S Venarum lumbalium rami per Transverſos abdominis penetrantes.

T. T. T. T Venae, quibus venae lumbales conjunctae inter ſe, tertiae cum quartis, quartae cum quintis.

V. V. V. V: V. V. V. V Venarum lumbalium rami ad poſteriora penetrantes.

W. W Venae hypogaſtricae, quarum ſatis apparet ramorum per pelvis poſteriorem partem diſtributio & conjunctio. Confer A. A Tab. xxv. N°. 2.

X. X Rami venarum hypogaſtricarum, per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, exeuntes ad nates.

Y Y Venae hypogaſtricae ſiniſtrae ramus, qui per magnum foramen oſſis coxae, & per ſinum quidem, qui in ejus margine ſuperiore eſt, exit ad femoris interiora, ubi inprimis ramos diſtribuit inter Pectineum & Adductorem femoris brevem longumque & Gracilem, à parte priore; & Obturatorem externum & Adductorem magnum, à poſteriore.

Z Z Vena eadem, quae Y Y in parte ſiniſtra: hic autem non ab hypogaſtrica, ſed ab iliaca oriens.

Æ. Æ Venarum cruralium rami, qui ſe adjungunt ad venas Y & Z, & cum iis ſe conjungunt.

æ æ. æ æ Venarum Y & Z rami, qui ſe circum capita Adductorum brevium femorum longorumque & Gracilium flectunt, perque priora Gracilium adſcendunt pubem verſus.

ℭ. ℭ: ℭ Hi rami ſimplices in dextro femore, in ſiniſtro autem ſinguli in duos diviſi, unius tamen arteriae comites, quam mediam continent. Ramos dant Adductoribus magnis femorum.

ſ. ſ Radices venarum epigaſtricarum, z. z Fig. 12. Tab. xxvii.

♂. ♂ Radices venarum ſaphenarum.

♃. ♃ Venae crurales.

Caeterum plerique rami, quos emittunt venae hypogaſtricae, iliacae, & crurales, hic truncati, Tabula xxv. exhibiti ſunt, & ex ea intelligentur.

☌ Venae V Tab. xxv. N°. 2. varietas: mox enim haec in duos ramos ſe findit, unius comites arteriae, quam mediam continent.

8 Venae X Tab. xxv. N°. 2. varietas: hic enim ſimplex manet. Ramorum, qui in ſuperiore parte hujus ſiniſtri cruris exhibiti, craſſiores rami ſunt ejusdem hujus venae, quae hoc poſitu pedis conſpici ibi nequit.

1 Aorta, ſtatim ſupra cor reciſa. 2 angulus aortae. 3 aorta deſcendens.

4 Arteria, quae mox ſe dividit in duas intercoſtales dextras, tertiam & quartam; comites venis χ.

5 Radix communis, quae dein abit in radicem communem arteriae ſubclaviae dextrae & carotidis dextrae, & in carotidem ſiniſtram.

6 Radix arteriae ſubclaviae ſiniſtrae.

7 Radix communis arteriae carotidis dextrae & ſubclaviae dextrae.

8. 8 Radices arteriarum carotidum.

9. 9 Arteriae ſubclaviae.

10. 10 Arteriarum ſubclaviarum rami, qui dant

11. 11 vertebrales, quae comites venis m & p, intrant foramina proceſſuum transverſorum vertebrae ſextae à capite.

12. 12 quae reſpondent venae f Tab. xxv. N°. 2. Ramus 13 cum ramis venae f Tab. xxv. N°. 2. adſcendit per priora glandulae thyreoïdeae. Dant quoque ramos, qui adſcendunt pone glandulam thyreoïdeam.

14. 14 Arteriarum mammariarum radices. Comites radicibus venarum mammariarum g.

15. 15 Rami qui β Tab. xxv. N°. 2. procedunt ad ſcapularum lunulas, quae ſunt ad radices proceſſuum coracoïdeorum.

16. 16 Arteriae brachiales, comites venis *axillaribus.*

Venae z comes arteria ad Coracobrachialem.

Venis α. θ. θ: θ comites arteriae ad Bicipites brachiorum.

Venae ι comes ramus brachialis arteriae : & ejusdem quoque venae ramis ramos adjungit ad Pronatorem teretem, Sublimem, Ulnarem internum.

17 Radix arteriae radialis. Comes venae π.

18. 18 Radices arteriarum ulnarium. Comites venis ϱ. ϱ.

19. 19 Arteriae profundae cubitorum. Comites venis σ. ς. Siniſtra media inter duos ramos, in ques ſe findit vena.

Venis τ. τ comites arteriarum profundarum cubitorum rami, qui cum iis per ligamenta, quae inter ulnas radiosque media, penetrant ad exteriorem partem cubitorum, ubi fiunt μ. μ Tab. xxiv. N°. 2.

Venae υ comes arteriae profundae cubiti ramus ad dorſum cubiti penetrans ; ubi fit ν Tab. xxiv. N°. 2.

20 Arteria intercoſtalis dextra quinta, quae deinde comes venae ψ; 21 ſexta, quae deinde comes venae ω; 22 ſeptima, quae deinde comes venae Γ; 23 octava, quae deinde comes venae Δ. Venae Θ comes nona. Venae Λ comes decima. 24 undecima, quae deinde comes venae Ξ. Venae Π duodecima comes.

Venis intercoſtalibus ſiniſtris Φ. Ψ. A. B. C. D. E. G. H. I comites reſpondentes arteriae, tertia, quarta, quinta, ſexta, ſeptima, octava, nona, decima, undecima, duodecima.

Venis quoque L. L. L. &c. arteriarum intercoſtalium rami comites.

25 Radices arteriarum diaphragmaticarum. Vide 26. 26 Tab. xxv. N°. 2.

26 Radix arteriae coeliacae. Vide t Fig. 2. Tab. xxvii. & n Fig. 4. ibid.

27 Radix arteriae meſentericae ſuperioris. Vide A. Fig. 2. Tab. xxvii. & u Fig. 4. ibid.

28 Radix arteriae emulgentis ſiniſtrae.

29 Radices arteriarum ſpermaticarum. Vide 30. 30 Tab. xxv. N°. 2.

30 Radix arteriae meſentericae inferioris. Vide B Fig. 2. Tab. xxvii. & v Fig. 4. ibid.

Venis lumbalibus R. R. &c. comites arteriae lumbales.

Venis V. V. &c. comites arteriarum lumbalium rami ad poſteriora penetrantes.

Venis S. S. &c. comites arteriarum lumbalium rami per Transverſos abdominis penetrantes.

31. 31 Arteriae iliacae, comites venis iliacis Q. Q.

32 Arteria decurrens ſecundum priora vertebrarum lumborum & oſſis ſacri: quam inveni orientem à poſteriore parte aortae, mox ſupra diviſionem ejus in iliacas.

33. 33 Arteriae hypogaſtricae, comites venis hypogaſtricis W. W.

34. 34 Radices arteriarum umbilicalium.

Indicatae radices arteriarum 35. 35 Tab. xxv. N°. 2., quibus ob anguſtiam locorum notae non inſcriptae: cognoſcentur ex Tab. xxv.

Venis X. X comites rami arteriarum hypogaſtricarum, per intervalla, quae ſunt inter os ſacrum & oſſa coxarum, exeuntes ad nates.

Ve-

Venae YY comes arteriae hypogaſtricae ſiniſtrae ramus, qui cum ea per magnum foramen oſſis coxae, & per ſinum quidem, qui in ejus margine ſuperiore eſt, exit ad femoris interiora; ubi inprimis ramos diſtribuit inter Pectineum & Adductorem femoris brevem longumque & Gracilem, à parte priore; & Obturatorem externum & Adductorem magnum, à poſteriore.

Venae ZZ comes arteria reſpondens illi, quae in parte ſiniſtra comes venae YY: hic autem non ab hypogaſtrica, ſed ab epigaſtricae radice oriens.

Venis Æ. Æ comites arteriarum cruralium rami.

Venarum æ æ. æ æ comites arteriarum rami, qui ſe cum iis circum capita Adductorum brevium femorum longorumque & Gracilium flectunt, perque priora Gracilium adſcendunt pubem verſus.

Venarum ℭ. ℭ: ℭ comites arteriae. Singulae eas venae comitantur in dextro femore: in ſiniſtro autem geminae, medias continentes. Arteriarum quoque rami comitantur ramos venarum ad Adductores magnos femorum.

35. 35 Arteriae crurales, comites venis cruralibus ♃. ♃.


36. 36 Radices arteriarum epigaſtricarum.

37 Arteria, quae 39 Tab. xxv. N°. 2. hic duos ramos venae ☌ comites habens, à quibus media continetur.


38 Arteria, quae 40 Tab. xxv. N°. 2. hic unam venam ♂ comitem habens. Hujus ipſius arteriae rami ſunt rami illi exiliores, qui craſſiorum comites in ſuperiore parte hujus ſiniſtri cruris exhibiti ſunt.



TAB. XXVII.



TAB. XXVII.



TABULA XXVII.

FIGURA PRIMA.

Syſtema vaſorum hepatis, & ciſtae fellis.
a a Vena cava inferior, tum ſupra, tum infra hepar truncata.
b. b. c. c. c. c Venae hepaticae: b. b majores, c. c. c. c minores.
d Radix venae lienalis.
e Radix venae meſeraicae.
f Vena portarum.
g. h. i Tres rami, in quos vena portarum ſe dividit; qui per hepar incedunt, ramosque diſtribuunt.
k Venae portarum ramus ad ciſtam fellis.
l Arteria hepatica, truncata. In duos ramos ſe dividit, qui comites ſe adjungunt venae portarum ramis g. i, ramosque cum iis per hepar diſtribuunt.
m Arteriae hepaticae ramus ad ciſtam fellis, comes ramo k venae portarum.
n Ductus choledochus, truncatus.
o Ductus cyſticus, truncatus.
p Ductus hepaticus.
q. r. s Tres rami, in quos ſe dividit ductus hepaticus, qui per hepar comites venae portarum tribus ramis g. h. i, ramisque plerisque, quos per hepar diſtribuunt.
t. v. v. v. w De his nihil dici poteſt, quod non incurrat in aliquam difficultatem.

FIGURA SECUNDA.

Syſtema venae portarum extra hepar, una cum arteriae coeliacae & meſentericae utriusque ſyſtemate.
a. a. a Radices ramorum, quibus vena portarum ad hepar pertinet: g. h. i Fig. 1.
b Venae portarum truncus.
c Venae portarum ramus, qui ſe conjungit cum vena l coronaria ventriculi.
d d Vena meſeraica.
e Vena gaſtroëpiploïca dextra, quae dat primum ramos duodeno & pancreati: dein, à ſuperiore parte ventriculo; alios parti ejus priori, ut f. &c. alios poſteriori, ut g. g, ut videtur: ab inferiore parte dat ramos omento, ut h. &c. Aliisque ramis i. i conjungit ſe cum meſeraicis.
k k Vena lienalis.
l Venae lienalis ramus, qui eſt coronaria ventriculi.
m Vena meſocolica, oriens à lienali.
n Venae lienalis in ramos diviſio, ad lienem potiſſimum pertinentes.
o. o. &c. Rami ad ventriculum.

p Vena gaſtroëpiploïca ſiniſtra ; quae toto decurſu ſuo à ſuperiori parte ramos dat ventriculo, alios pertinentes ad partem ejus priorem, ut r. r ; alios ad poſteriorem, ut q. q : ab inferiore, s. s. &c. omento, qui hic truncati. Caeterum conjungit ſe cum gaſtroëpiploïca dextra.

t Arteria coeliaca, ab aorta reſciſſa.

u Coeliacae dexter ramus ; à quo

v arteria hepatica, l Fig. 1. &

w arteria gaſtroëpiploïca dextra, comes venae e gaſtroëpiploïcae dextrae, ramisque ipſius.

x Arteria lienalis, coeliacae ramus ſiniſter ; comes venae lienali k k.

y Arteria coronaria ventriculi, comes venae l coronariae, ramisque ipſius.

Arteria lienalis ſe in ramos juxta lienem dividit, ad lienem potiſſimum pertinentes, ut vena lienalis n, ramis ejus comites, à quibus etiam rami ad ventriculum, venis o. o. &c. comites.

z Arteria gaſtroëpiploïca ſiniſtra, comes venae p gaſtroëpiploïcae ſiniſtrae, ramisque ipſius. Et conjungit ſe quoque cum arteria gaſtroëpiploïca dextra.

A A Arteria meſenterica ſuperior, ab aorta reſciſſa. Comes venae d d meſeraicae, ramisque ipſius, praeterquam gaſtroëpiploïcae dextrae, & ramo, qui eſt juxta d infer.

B Arteria meſenterica inferior, ab aorta reſciſſa. Comes venae meſocolicae m, ramisque ipſius.

C Conjunctio ramorum venae meſocolicae & arteriae meſentericae inferioris cum ramis venae meſeraicae & arteriae meſentericae ſuperioris.

D. D. D. E. E. E. E. E Reliquae conjunctiones venarum arteriarumque, D. D. D in meſenterio, & E. E. E. E. E meſocolo ; ex quo annulorum quaedam ſpecies oritur, à quibus ad poſtremum, qua inteſtina ſpectant, rami producuntur ad inteſtina, quorum hic F. F. &c. radices exhibitae.

Caeterum venae & arteriae ad ventriculum pertinentes, l c y o o o o o p z q r q r e w f g g, ita diſpoſitae ſunt, ut una cum ramis ſuis referant figuram ventriculi. Sic & venae meſeraicae & meſocolicae, cum arteriis meſentericis, ramisque qui à vena gaſtroëpiploïca dextra, comiteque ipſi arteria accedunt ad meſentericas ; ut referant meſenterium cum meſocolo, per quae diſtributae ſunt. Confer cum hac figura primam Tab. x. & ſecundam Tab. xi.

FIGURA TERTIA.

a A corde & aure dextra reſciſſa vena cava utraque.

b Vena cava inferior, mox infra venas hepaticas duas ſuperiores reciſa.

c Vena cava ſuperior.

d. e Venae ſubclaviae.

f Radix venae f Tab. xxv. N°. 2.

g. g Radices venarum mammariarum. Vide l. l Fig. 12.

h. h Radices venarum jugularium internarum.

i. i Radices venarum jugularium externarum.

k. k Radices venarum *axillarium.*

l m n o p *A ſiniſtro ramo magnae diviſionis Venae Cavae in jugulo, è regione propemodum Jugularis internae, duo ſurculi pullulant, in ejus lateris membranam, quae Thoracem dirimit, percurrentes, quorum alter* l *venis Septi tranſverſi* m, *ei ſurſum occurrentibus, conjungitur ; alter vero* n *ſiniſtrum hujuſce muſculi nervum concomitatus, hac quidem ſua portione* o *in carneam ejus ſubſtan-*

ſtantiam inſeritur; illa vero p *cum venis ejusdem coit, & cum priori ſurculo, ac etiam cum propaginibus venae Sterni, easdem membranas adeuntibus, variis modis commiſcetur.* De Vena ſine pari Antigr. VIII.

q Vena ad ſiniſtram partem mediaſtini & pericardii pertinens.

r Vena ad dextram partem mediaſtini & pericardii pertinens, ſeſeque ramis ſuis conjungens cum ramis s. t venae diaphragmaticae dextrae, ſibi *ſurſum occurrentibus.*

u Vena diaphragmatica dextra, truncata.

A venis Septi, & praecipue in dextro latere u, *ramuli venarum* s. t *non ſolum ad Cordis involucrum pertinent, ſed etiam ad membranas Thoracem dividentes ſurſum feruntur, qui pluribus in locis cum propaginibus venae Sterni, per easdem diſſeminatis, junguntur.* De Vena ſine pari, Antigr. VIII.

v Vena diaphragmatica ſiniſtra, truncata.

w. w Radices venarum hepaticarum ſuperiorum; b. b Fig. 1.

FIGURA QUARTA.

Reſpondet figurae ſecundae, eſtque illud idem ſyſtema venae portarum extra hepar, una etiam cum arteriae coeliacae, & meſentericae utriusque ſyſtemate. Eorum autem varietates exhibet.

a. a. a Radices ramorum, quibus vena portarum ad hepar pertinet, g. h. i Fig. 1.

b Venae portarum truncus.

c c Vena meſeraica.

d d Vena gaſtroëpiploïca dextra. Ramorum, quos omento dat, radices ſolummodo indicatae: ſic & plerorumque, quos dat ventriculo. Confer e Fig. 2. Conjungit ſe quoque e cum ramis meſeraicae.

